sita i. a. gaddita.& īde gadditanus q melius explicabit ī fine possessiuoꝝ. Nota hāc formā græcā ī es q̄ mu tat apud nos ī a.& huc subiacet hæremita ab hæremites. sophista a sophistes. psaltasta a psaltastes. Nisi.n. hic intelligas ea nō inuenies ī tota grāmatica formas eoꝝ. Iō āt diximus pleraq; q̄ deriuatīa a noibus neutris de sinētibus ī e hūt i. produc. tamē añ nus. ut ma[illegible] & similia. A uespe uespis similiter deberet dici uespinus. sed īterponit .t. cā differētiæ & uespertinus penul. produc. dicimus hoc uespe huius uespis significat tps illud ī quo serenat olim illud. Cū uero dicimus hic uesper huius uesperi uel hi uespi. horū iorū. ide pluraliter significat ipm

officiū. Quādo aūt dicimus hoc uespeꝝ huius ri. & hic uesp huius ri. significat ipsam stellā. Cū aūt hæc uespera huius uespæ significat crepusculū. f. ultimā ptem noctis & primā diei uel ecōuerso. vnū dicitur. Vespe āt sabbati. Et sciendū ꝙ uespe est aduerbiū tpis: & tn̄ qđ seqtur referꝰ ad illud non in q̄tū aduerbiū. sed inquātū nomē est: ut si qs dicat. Ego fui romæ: q̄ est iuxta apuliam. Et ab aliis q̄ pares hn̄t. Huic regulæ pater & mater & mēsis occurrere uidenꝰ: qđ facile soluꝰ. Sed dicamus ea diuersis subiacere regulis: nam fm hoc ꝙ pares hn̄t tam in nominatiuo q̄ in gtō syllabas i. ante nus hn̄t in deriuatiuis. & dr̄ patrinus matrinus mēsinus. Quo concesso non aufetimus: qn fm aliam regulam

ximus pleraq; qa a neutris i e desinētibus deriuata i habēt ꝓductā ante nus: ut mare marinus. præneste pnestinus: calate calatinus. calacte calactinus. Et ab aliis q̄ pares hn̄t tā i ntō: q̄ in gtō syllabas: Hercules herculis herculius. uerres uerus uerrinus. collis collinus. follis follinus. In er quoq; desinētia si sint secūdæ declinationis: & in us cōsonāte antecedēte eiusdē declinatiōis: exceptis i cus supra duas syllabas: uel i culus de qb9 paulo ante documus: & i ium ꝓpria si faciūt deriuatiua i us terminātia. i. lōgā hēbūt penultimam: ut auster austrinus. adulter adulterinus. macer macrius. libertus libertius. diuus diuinus. ꝓbus ꝓbinus. ruffus ruffinus. maxius maximinus. marcellus marcellinus. carus carinus. mācus mācinus. rhegiū rheginus. uenusiū uenusinus. signiū signinus. perusiū pusinus. opitergiū opiterginus. canusiū canusinus. Excipiūtꝰ ab humo hūanus. & a mūdo mūdāus. & priscus priscīāus. sed hoc magis a priscio uꝰ esse deriuatū. Nam ꝙ a tauromimio tauromimitanus dicimus seqmur græcos q tauromimites dicūt. Gētilia enim apdꝰ grēcos i tes desinētia murata es i a accipiūt nus: cū i hanc formā ueniunt ΑΝΤΡΟΠΟΛΙΤΗΣ metropolitāus ΝΕΑΠΟΛΙΤΗΣ neapolitāus. Itē i seruāt lōgā oīa q̄ a noībus mutoꝝ aīaliū cuiuscūq; sint declinatōis deriuanꝰ i hāc formā ap aprius. cap caprius. ceruus ceruinus. porcus porcius. taurus taurius ferus uel fera ferinus. canis canius. lepus leporis leporius lupus lupius: formica formicius. Plautus i menæchi: Atq; hæc cū icedit mouet formicinū gradū: hirūdo hirūdinius. Idē i rudēte Ad hirūdininū nidū uisa ē mih similiā ascēsionē: ut faceret adoririer. aqla aqlinus. mustella mustellinus: q̄uis i ea desināt: tamē non hēnt a. ante nus. leo leonis leoninus ouinus quoq; ab oue & suinus a sue: nā ouilla & suilla diminutiua sunt. In nus enī de-

cut fm diuersas regulas. ueternus & ueteranus dici pepimus. hoc ēt mō soluere possumus qđ superius de camerinus & alexandrinus licere dici credimus. Vel possum9 id dicere ꝙ supius de aliis diximus. Iccirco n̄ curauit hic excipere paternus maternus. mensitnus: qa in sequēti excepturus est qn̄ dabit regulam de eis. Et no. ꝙ semiplenā diuisionem fecisseꝰ cū dicit. Iō aūt diximus pleraq. n̄ abarnus a neutris &c. his. n. exceptis restat abies abiens qđ abiegnus qa facit. sed intelligiꝰ determinatiuū supius ubi dixit i e. lōgā. ut terrenus abiēus. No. ꝙ q̄uis hoc sit exceptio: qđ dixit de neutris & aliis q̄ hn̄t pares syllabas noīatiui & genitiui: tn̄ ibi iam icepit determinare regulā possessiuorū desinētiū in nus: dimissa alia regula q̄ facit i anus. & illam exeqtur ita. In er quoq; desinentia si sint se. Sic iunge. Nō solū neutra supradicta & alia habentia uoīatiuū & genitiuū hn̄t i. añ nus in deriuatiuis suis: sed ēt noīa desinentia in er. si sint secundæ declinationis ꝓp pater & similia q̄ sunt tertiæ declinatiōis. i us. desinētia cōsonāte præcedēte: hoc dicit propter iulius iuliāus & tullius tulliānus. & similia. Et in ium ꝓpria si faciūt deri. Mirū uꝰ qđ sibi uelit hæc determinatio cum ēt appellatiuorū in ium desinentiū deriuatiua i. longam hn̄t penultimā ut palatiū palatinus. capitolium capitolinus. uꝰ āt ideo sic determinate ad hoc tn̄ respiciens: qa pauca sunt appella iua in ium desinentia q̄ sic faciant deriuatiua. uel fortassis: qa hoc exēplificauerat superius: iccireo hic excipe nō curauit. Excipit ab humo hūanus &c. oleagius. faginus. q̄ penultima correpta excipienda essent: sed qa supra posuerat nō curauit hic excipe. Colurnus in sequēti excipieꝰ. a pagus pagi pagin9 debuit fieri: sed qa græcū ē: auctor idē nullā mētionē facit. a xpo qđ ē græcū pōt dici christiāus: nisi melius ut diximus faciamus christinus. Sed siqs q̄rat, unde dicaꝰ pedana: dicimus illud a nullo deriuari. pmitiuū. n. est i regiōe pedana & sic nō obest regulæ. Quidā dicunt deriuari a pediū & sic dicendū esset pedina: ut regiū regina fm qđ non obesset regulæ. uel ponamus inter abusiones auctorū. q̄s in fine ponit. Similiter a pado fluuio padāus flumē. & a cocco coccinus penul. cort. uñ Iuue. Cauet hūc q̄nē coccina lena. Sed oīa licētiæ poetaꝝ ū ascribunꝰ. Fit. n. ectasis sæpe apud auctores. Ectasis ē figura qn̄ quod breue est producꝰ. cuius contraria est systole. Namq qđ de Prisciāus & aliis de qbus dubitatur tn̄ fecit exceptionē. nam in tauromimitanus non habes qđ opponas: nā tauromimitanus nō uenit a tauromimio. sed græci dicūt a tauromimio tauromimites gentile. & nos es i a. mutata dicimus gētile tauromimita unde tauromimitanus. Gentilia enim apud græcos in tes. Vere seqtur græcos qa hoc mō. Item i. seruāt longā oīa. Additio est regulæ. ap cap ceruus taurus & si duobus modis cadūt in hanc formā. f. & fm regulam prædictam & fm istam: lepus formica fm hanc rm̄. Ouinus quoq; ab one. Ouinus ab one: suinus a sue. nam effecta indicant. f. diminutiua quæ sunt ouilla. suilla. In nus enim desinentia uel in na. Vere ouilla. suilla. sunt deriuatiua ab ouinus suinus. Nam omnia nomina in nus uel in na. uel in num desinentia faciunt diminutiua

per duo ll. ut unus ullus. Nota conditionem. ſi faciūt diminutiua abiecta n. Si n. ſimpliciter diceret oīa in nus deſinētia faciūt diminutiua abiecta n. falſum eēt. ut patet ī munus munuſculū. ſo. hic debes hoc notare q̄a neceſſariū erit in denoīatiuis. Inueniunt̄ q̄dā in tinus deſi. Hæc non eſt additio ſed ē regula p ſe de i. correpta ante nus. Ne igit̄ ueſptinus correpta penultima pferat̄. a ueſpera non a ueſpe natum eē dicat̄. Adamātinus. Iacynthinus. mediaſtinus cū. t. habeant a primitiuo contra regulam aliq̄ū correpta penultima preferunt̄. & eſt ſyſtole & poetica auctoritas ut perſius. Hic aliq̄s cui circa humeros iacynthina læna. de clandeſtinus dubiū eſt an habeat penultimam correptam an pductam. Alii dicunt quia componitur a ſtādo: ut mediaſtinus. t. habeat a primitiuo productā penultima. Alii dicūt deriuari a clam. & ita cum nō habeat. t. a primitiuo hic. t. correpta penultima quod magis concedēdum eſt. Fiſcina correpta penultima dixerat: quia deriuata a nominibus ſecundæ declinatiōis ut probus probinus habent i. productam penultimam. Quia igitur putaret aliquis fiſcina a fiſco. quod eſt ſecundæ declinatōis eſſe deriuatū uidet̄ ſcā. penultimam contra regulam corripere & uellet eodem mō in piſcina corripere penultimam. quod auctor phibet dicens q piſcina certiſſime deriuant̄ a muto nomine animalis: & a tali primitiuo deriuatur: qđ cum ſit terciæ declinatiōis habet pares in nominatiuo & genitiuo ſyllaba. ſ. a piſce. Litteram ſic iūge. In tinus deſinūt penultima correpta: niſi. t. habeant a primitiuo. Fiſcina quoq̧ corripit penultimam. An neutrū a neutro dubiū eſt. Quia nōdum erat ab ullo diſcuſſum. Nam nec fuſcina a fuſco. Probat q̄ſi a ſimili q fiſcina a fiſco q̄uis ī litteratura conueniat ei non deriuat̄: q̄a nec fuſcina a fuſco deriuat̄ nec mutina a muto: nec pagina a pago &cæ. q̄uis habent cōſimilē illis litteraturam. Et cum non ſint deriuata corripiūt penultimam: fiſcina eſt ubi caſeus premitur: fiſcus eſt regius ſaccus. Sin aūt in er deſinētia. Alia regula de nus. Sic iūge deſinentia in er ſecūdæ declinatōis illo mō: faciunt poſſeſſiua. Sed ſi ſint tertiæ declinationis &c. Et nota q quāuis pater habeat illud ſecundum regulam prædictam: tñ non ideo minus facit aliud ſecūdum iſtam. ſ. paternus. Satis enim uſitate inueniuntur plura deriuatiua ab eodem primitiuo. Ab aliis quoq̧ aduerbiis tempo. Dies quādoq̧ ſignificat determinatum tempus. ſ. ſpacium a mane uſq̧ ad ueſperum: & ſecūdum hoc a diu quod a die ſumit̄ deriuatū diurnus. & ſignificat illud ſpaciū: quod dies ſuo modo: unde interdiu dicitur quaſi tota die. Itē ſignificat dies infinitum tempus &c. A diu diuturnus & diutinus: quia ſcm hoc diu ſimiliter ſignificat infinitatē temporis. Heri alternitatis cauſa heſternus. Cauſa alternitatis. id eſt geminationis uitande heſternus facit. Si enim herrinus quod magis exigeret anologia: diceretur: eſſet. r. geminata in eadem ſyllaba: & eſſet turpis ſonus. In tertia etiam deſinentia. Fabrateria nomen ciuitatis. Sabateria nauis eſt piratica. Aetas quoq̧ æternus. antiqui ta. Hic ſigillatim enumerat quæ per regulam colligere non potuit.

ſinētia. uel ī na: uel ī nū: ſi faciūt diminutiua abiecta. n. duas aſſumūt l. ut un⁹ ullus. una ulla. unū ullū. bon⁹ bellus. bona bella. bonū bellū. gēinus gemellus. gēina gemella. gēinū gemellū. unū ullū. ſic ergo ſuina ſuilla. ouina ouilla. Inueniunt̄ q̄dā ī tinus deſinētia penultimam corripientia q̄ a primitiuis nō hñt t. ut diu diutinus. cras craſtinus. hor̄o hornatius. prius uel priſcus. priſtinus. Nā cōſtātinus & clemētius a primitiuo & genitiuis hñt t. ut matutinus a matuta. q̄ aurora intelligitur. Mediaſtinus aūt a medio: ſtādo uel tenendo cōponi uidet̄: fiſcina corripit penultimam quō fuſcina. Cur ergo piſcia pducit̄: q̄a hoc ſine dubio deriuatū eſt a piſce. Fiſcina aūt a fiſco an fiſcus a fiſcina: an neutrū a neutro dubiū ē. nā nec fuſcina a fuſco: nec pagina a pago: nec mutina a mutu: nec arminū ab armo deriuata: cū ſint primitiua penultimā corripuerūt. Sin aūt i er: deſinētia tertię ſunt declinatōis: uel i ius. faciētia genitiuū accepta nus. ipſe ntūs facit deriuatiuū: ut pr̄ paternus. mater maternus. frater fraternus. uer uernus. acer quoq̧ de cuius declinatōe dubitat̄. acer acri. & acer aceris. arbor huius arboris: qđ ſolinus quoq̧ ptulit in memorialibus: acernus facit: alter alternus. Illa ſcilicet obſeruata regula quam ſupius diximus i mutis aīalibus. Iō quoq̧. anſer anſerinus. dicimus paſſer paſſerinus. Ab aduerbiis quoq̧ ueniētia in ra. deſinētibus er. hēnt ante nus. ut iſi a iſernus. extra externus: ſupra ſupnus. ab alius quoq̧ aduerbiis tpalibus iueniūtur q̄dā r. añ nus. habētia. ut noctu nocturnus. diu diurnus: heri alternitatis cā heſternus: ſemp ſempiternus. In teria ēt deſinētia ſimiliter faciunt deriuatiuū. fabrateria fabraternus. ſabrateria ſabraternus. ætas quoq̧ æternus. antiqui tñ æuitas & æuiternus: dicebant ab æuo. Vnde Varro in pſeudena p æuiternā hoium domū tellurē ppero gradū: uetus preterea ueternus: facit nō ſolum ueteranus: ſed diuerſas hēnt ſignificatiōes: quercus ēt quernus: corylus colurnus: tacit⁹ taciturnus: mēſis mēſurnus. Sic eni Cicero poſuit p mēſtruus. i. rhetoricū. Pars q̄dam æternitatis cū alicuius aī mēſurni. diurni. nocturni. ueſpertini. certa ſignificatiōe: ab hieme. quoq̧ uel himbre hibernus fit. In ia. deſinētia n. antecedēte mutātia. ius.

Veternus eſt morbus qui ſi iuuenem arripiat facit eum uideri ſenem. In ia. deſinentia n. antecedente.

Alia regula in nus. diuerſa a ſupradictis: quia in iſtis n. aſſumitur a primitiuo. & hæc eſt. In ia. deſinentia. n. ſola antecedente mutant ia. in us. & faciũt deriuatiuum poſſeſſiuæ formæ. hic nihil docet de penultima littera: nec opus fuit: cum uideamus illã litterã quæ præcedit n. ĩ primitiuo in deriuatiuo penultimam fieri: ut hiſpania hiſpanus: tñ dicet in denominatiuis ꝙ ab hiſpano hiſpania ſumitur: ſed ſm diuerſos auctores. dardanus uidetur a dardania: & iõ poſſet obici ꝙ nõ producit penul. Quod ſic ſoluitur qm̃ dardanus eſt propriũ & primitiuum: & iõ huic non ſubiacet regulæ. Anagnia. quia dixerat ꝙ primitiua in ia. deſinentia. n. antecedẽte mutant ia. in us. uidetur ꝙ anagnia huic regulæ ſubiaceat. Sed ſciẽdum ꝙ hæc regula de n. ſola. i. non cum alia conſonante poſita intelligenda eſt. Quæ uero ſunt apud græcos a no. Quod ad probationẽ ſuperius poſuerat. hic ad regulam repetit faciendam. A caralibus caralitanus. Caralites ide caralitanus. ſic in cæteris. Gnus quoq; uel gna uel gnum. Hucuſq; expoſuit quæ penultima eſſet ante nus: de hac forma ante nullã mentionem fecerat: ſed quia prædictæ ſimilis eſt. ideo exponit penultimam rationem. Priuignus quaſi primus genitus: pelignus q̃ſi a pelice filius meretricis uel pelignus poteſt dici filius pellicis. Nota quia nullas regulas dedit de formis illis in quibus e. uel u. uel ul. penulti. inueniuntur: ut alienus: tribunus: ficulnus: & hoc ideo quia ſunt pauca: & ea omnia ſuperius poſuerat in exẽplis. Inueniuntur tamen auctoritate ue. Abuſiones oſtendit. Conſtructio. licet prædictæ regulæ ſic & ſic debeant obſeruari: tamen auctoritate ueterum inueniuntur quædam non ſeruãtia ſupradictam regulam: & hoc maxime in propriis: ut a ligur liguris irregulariter deriuatur ligurinus poſſeſſiuum non ligurianus. Cum dicit maxime in propriis datur intelligi etiam hoc fieri in appellatiuis: huius rei exempla nobis poſſunt eſſe a fœmina fœmininus: & alia quæ ſuperius regulis adaptare tentauimus. Quamuis igitur ſicut oſtendimus. Reddit cauſam quare potius hæ formæ poſſeſſiuis debeant aſcribi q̃ denominatiuis: uel aliis ſpeciebus. ſ. q̃a plura poſſeſſiua q̃ alia nomina in his formis inueniuntur. Sic copula. Quia alia patriam: alia gentem: alia poſſeſſionem: alia aliud ſignificat: igitur ſupradictæ formæ diuerſas habent ſignificationes: & quamuis diuerſas ut oſtendimus habent ſignificationes: tamẽ &cæ. & eſt breuiter dicere: quia ĩ formis poſſeſſiuorum ueniunt aliqua quæ poſſeſſiuam non habent ſignificationem: tamen quia maior pars eiuſdem formæ poſſeſſionem deſignat: ideo illa quæ pauciora erant inter poſſeſſiua tractantur. Maiori enim parti cedendum eſt: nec oportebit de his in tractatu denominatiuorum repetere: cum hic ſufficiẽter de illis dictum ſit: demonſtrationem uocat ſignificationem. Et ſciẽdum ꝙ etiam in is. & in er. Oſtendit econuerſo quædam eſſe poſſeſſiua quæ cum denominatiuorum formam habeant inter denominatiua tractabuntur. quoniam plura eiuſdem formæ denominatiua ſunt. Diuerſæ quantum ad diuerſas terminationes ut in is. & in er. uarie in eiſdem terminationibus ut illa quæ deſinunt in is. alia in ſtris: ut pedeſtris: alia in lis. ut hoſtilis: alia in ris: ut lunaris &cæ. Similiter ea quæ deſinunt in er. uariantur.

& huiuſcemodi formæ faciũt deriuatiua a primitiuis. tamen habentia n. ut Hiſpania hiſpanus. lauinia lauinus. hircania hircanus. mauritania mauritanus. campania campanus. Dardanus uero proprium eſt: & primitiuum: ideo q; a correptam habet abuſiue tamẽ poetæ pro dardãio ponũt dardanum. Si uero ante ia. aliã q̃ n. habuerint conſonantem i. longam habent ab eis deriuata ante nus. ut luceria lucerinus. nuceria nucerinus. placẽtia placentinus. Anagnia quoq; quia g. ante n. habet anagninus. Similiter alexãdria alexandrinus. numãtia numantinus. aticia aricinus. Quæ uero ſunt apud græcos a nominibus urbium deriuata in tes deſinunt ea apud latinos in tanus plerunq; efferũtur ſicut ſupradiximus: ut neapolites neapolitãus. tripolites tripolitãus. Similiter a caralibus caralitanus. a ſalapia ſalapitanus. a gadibus gaditanus. a taurominio tauromitanus. a cephalodio cephaloditãus. a drepão drepanitanus. Gnus quoq; uel gna. uel gnum. terminantia longam habent uocalem penultimam: ut a regno regnum: a ſto ſtagnũ: a bñ benignus: a male malignus: ab abiete abiegnus priuignus pelignus. Inueniunt̃ tamen auctoritate ueterum uel euphoniæ cauſa & maxime in propriis quædam non ſeruantia ſupradictas regulas: ut ligur liguris ligurinus: non liguriãus: cenſor cenſoris cenſorinus: non cenſorianus. Quamuis igitur ſicut oſtendimus diuerſas hñt ſignificationes ſupradictæ formæ: nomina tamen: quia maxima pars eorum apud latinos poſſeſſiuorum habet demonſtrationem: ideo hęc quoq; inter poſſeſſiuorum ſpecies poſuimus: Et ſciendum ꝙ etiam in is. & in er. terminantium deriuatiuorum multa inueniuntur ſignificationis poſſeſſiuæ apud nos: ut ciuilis. hoſtilis. cæleſtis. lunaris. caſtrẽſis. equæſter. pedeſter. paluſter. Quorum quia diuerſę & uarię ſunt formæ & ſignificationes: poſtea eos cũ reliquis ſpeciebus denomĩatiuorum per ordinem tractabimus. Nunc de comparatiuo uideamus.

¶Sequitur Liber Tertius de comparatione.

COmparatiuum est. Queadmodum in tractatu patronymicorum & possessiuorum & recta patronymica & possessiua & nõ recta conuenienter colligit & tractat. sic ut sciamus secernere uera a non ueris. Similiter facit in cõparatiuo: & cũ debeat diffinire cõparatiuũ ponit eius diffinitionem p ptes. Non n. habuit unã integram: q posset continere duo diuersa cõparatiuorum genera. Sciẽdũ est noĩa non habere ex natura sua cõparari sed ex reb9 qs significãt magis minus ue suscipiẽtibus: res uero: q suscipiunt magis minus ue accidentales esse nulli dubiũ est. itaq; uoces q comparanẽ adiectiuas esse cõstat: ut fortis. & iustus. ex fortitudine & iusticia quas principaliter significant. nec in essentia sed in adiacẽtia habent cõparari. significant aũt nomina q comparanẽ psonas inquantum accidẽtia quæ intendunẽ & remittunẽ suscipiunt. & hoc secũdario fm quam significatiõem hic primum agiẽ de eis ubi dicitẽ. Comparatiuum &c. Nota & tribus modis eum agere ostẽdendo de comparatiuis. s. significationem. originẽ. formã. Significationem in diffinitiõe q sic exponitẽ. Illud nomẽ est comparatiuũ: qd significat magis ad. i. rem significatã a magis aduerbio. s. augmentũ. & hoc non p se sed cũ intellectu. po. i. cum psona quæ significatẽ a positiuo nominando: ut fortior significat psonam suscipientem fortitudinem cũ augmento fortitudinis eiusdem. in significatiõe. n. augmenti differt tñ ppius cõparatiuus a suo positiuo hæc ps diffinitionis tñ recta cõplectiẽ comparatiua. Seqtur alia pars. Vel cũ aliquo &c. Quod est dicere & illud nomen est comparatiuũ qd significat augmentum cũ aliquo. i. cũ aliq psona non a positiuo noĩata: sed parti. sen. p. i. suscipiente significationem positiui. ut ulterior cũ augmẽto notat psonam non qdem nominatam ab ultra aduerbio qd est positiuũ eius. Aduerbia. n. hoc nominando significant: sed suscipientem id qd significatẽ ab ultra. i. adiacentiam loci. Nam ultra non locũ quantitatiuũ. s. rem quam qdem impossibile est magis & minus suscipere teste Aristotile. sig. sed rem quãdam q est sub ubi. s. adiacentiam loci remoti ad psonam q intendiẽ & remittiẽ. Ideo aũt de significatione psonarum quam secundariam hñt comparatiua Priscianũ hic agere dicimus. Qm si ad principalem eorum recurreremus significationem: ex q ẽt habent comparari nequaq inter ppria comparatiua differentiam haberemus. Queadmodum. n. fortior fortitudinem cũ augmento designat & principaliter: sic ulterior adiacentiam ab ultra designatam cũ augmento principaliter significat. Concedunt tñ hic aliqui eum hic agere de principali significatione ubi diffiniuntur recta comparatiua: de secundaria ubi diffiniunẽ non recta: & sic legunt. Illud nomen est comparatiuũ qd significat. m. ad. cũ intell. po. i. cũ re quam principaliter significat positiuus: ut cũ iustus iusticiam alicubi fundatam significet: magis uero augmentũ aduerbialiter designet: iustior iusticiam alicubi fundatam cum augmento. Vel illud nomen est comparatiuũ qd cum aliquo & cætera. ut ulterior. &c. Illud aduerbiũ ultra positiuum est & significat locum ut qdam non multum in arte studiosi affirmant: ulterior uero comparatiuũ est ab ultra deriuatiuum: & significat ulterior non sensum positiui. i. locum ab aduerbio ultra significatum: sed rem pticipem sensus positiui cum magis aduerbio. s. rem existentem in loco ab ultra significato & magis aduerbio. Vlterior. n. rem magis existentem ultra significat. res quæ ẽ in loco ab ultra significato locum illum participari dicitur fm hoc tñ q locum illum incolit. Potest ẽt aliter expõi hæc diffinitio in uocibus. s. sic. illud nomen est comparatiuum qd significat. i. representat. m. aduerbium cũ intell. po. i. positiuũ intellectum. cũ magis. idem. n. ualet fortior qd magis fortis. hoc rectis conuenit comparatiuis. Seqtur id qd conuenit non rectis. uel illud est comparatiuum qd significat. m. cum aliq uoce quæ non est proprie positiuum. qa non est nomẽ: sed particeps sensus positiui. i. talis q ponitur loco positiui. Idem. n. ualet quãtũ ad comparatiõnẽ magis ultra qd magis ulterius: si ita diceret. Quæritur quõ in ista oratione. iste hõ non est magis ultra q ille q est ultra. comparatiuũ significet psonam participem sensus positiui. hic. n. magis ultra aliam loci adiacentiam significat & aliam ultra. ille ergo q est in loco ulteriori non participat eandem loci adiacentiam quam ille q est ultra Sed hoc facile soluiẽ si attendamus generalem seu specialem loci adiacentiã ab ultra significatam: quam eandem significat ulterior est magis ultra cũ augmento. Cum. n. dicimus. so. est ulterior Platone q est ultra. ulterior qdem nominat so. suscipientẽ hanc adiacentiam collatã illi quam suscipit Plato: non tñ eadem cum ea indiuidualiter: sed eandẽ tñ in specie. Nota cum dr iste est ultra non sic prædicari ut aliqd nominet. facit tñ prædicari adiacentiam quam significat: & fm quosdam locum nominis obtinet. Rursus cum dico hæc adiacentia loci quæ significatur ab ultra est ulterior illa alia. Quæritur qd ulterior significet. Dicunt aũt qdam qa nominatur psonã hanc adiacentiam q subiicit. Aliã uero adiacentiam representat in esse accidentaliter ei quẽ nominat: sed ex hoc sequitur infinitas q qbusdam non est inconueniens. Alii uero dicunt qa ulterior non significat aliã inesse adiacẽtiã nisi eam quæ subiicitur. Hæ aũt cõparatiões quæ ad per. Duo genera cõparatiuorũ posuit. s. recta & nõ recta: de ultimo iunit cãm prius. s. qa quædã cõparatiua non noĩant psonã designatã a positiuo: sed noĩant psonã suscipiẽtẽ rẽ significatam a positiuo. qa. s. sumanẽ ab aliis partibus orõnis: uel a uerbis: uel ab aduerbiis q ñ habẽt aliqd noĩando significare. ut a detero deteris sumitur deterior cõparatiuũ: qd nõ simpliciter actionẽ illã siue passionẽ. s. deteritionẽ significat sed ẽt noĩat psonã suscipiẽtẽ illã actionẽ uel passionẽ: qd solũ ñ faciebat detero: cũ ẽt psonã significaret: & dr deterior q magis deterit se uel aliũ. postea suppõit cã de alia pte. Sic uige.

COmparatiuum ẽ qd cum positiui itellectu: uel cũ aliquo participe sensus positiui magis aduerbiũ significat: ut fortior magis fortis: sapientior magis sapiens: ulterior magis ultra: q ille qui ultra est: interior magis intra: q ille qui intus est; hæ autem comparationes quæ ad personas

Illa dicunt̃ cõpatiua q̃ uel hoc hñt. Sed hæ comparationes q̃ uel fiũt ad p. uel ad res &c. idem ẽ: & fit unũ expositio alterius. uel diuersificari põt ut dicamus cõpatiões fieri ad psonas qñ cõparatiua sumunt̃ a uerbis significãtibus psonas ad res pticipes po. qñ sumunt̃ ab aduerbiis. Nã supius & iferius q̃uis. Iõ dixi supior a supra: ſterior ab ista fieri. Nã supus & iferus nõ ualẽt eẽ positiua eoꝝ: nã fm usum substãtiue pferunt̃. Supi. n. significat cæleſtes: & iferi ifernales. Siue p uiuis. i. p hoibus. Adeo aũt nõ ad ipsa aduer. Vult iteꝝ pbare ꝙ ulterior & similia nõ hñt significationẽ primitiuoꝝ. i. aduerbioꝝ: qd̃ supiusut dixi subnumerat. Nã si idẽ cũ eis significarẽt iã aduerbia duo comparatiua hẽrẽt: qd̃ ẽ icõueniẽs. Nõ. n. duo cõparatiua diuersarũ priũ orõnis pñt esse eiusdẽ positiui.

uel res pticipes positiui fiũt: nascunt̃ a dictionibus carẽtibus casu. i. a uerbis: ut detero deteris deterior. & ab aduerbiis siue prępositionibus: ut extra exterior: ĩtra ĩterior: ultra ulterior: citra citerior: supra superior: ĩfra ĩferior. nã superus & inferus q̃uis uideant̃ eoꝝ. i. superioris & inferioris esse positiua: tamẽ in usu superi p cælestibus siue uiuis: ĩferi aũt p manibus accipi solẽt. Adeo aũt nõ ad ipsa aduerbia: sed ad psonas uel res pticipes aduerbiorũ huiuscemodi fiũt cõparationes ꝙ nascuntur ex his ipsis aduerbia comparatiua: quę cum magis ipsum positiuum aduerbium significant: ut ulterius magis ultra: citerius magis citra: exterius magis extra: sic & similia: Deriuãtur igitur cõparatiua a noibus adiectiuis: quę sumunt̃ ex accidẽtibus substantię nominum. Accidentia aũt q̃ sunt ex qualitate uel quantitate animi: uel corporis: uel extrinsecus euenientiũ trahuntur: quæ possunt incrementa uel diminutiones accipere: pter quæ cõparatio nascit̃: sine quibus substãtia ĩtelligi põt. Ea uero nisi prior substãtia itelligat̃ esse non põt. Si eñi dicã hõ uel lapis substãtiã demõstraui: cuius significatio nec augeri põt nec minui: sin aliqd accidens huiusmod: uel lapidi pferã: & tũc hẽt locũ cõparatio: ut hõ prudẽs: prudẽtior: lapis niger & nigrior. Quãuis. n. nõ sit prudẽs: põt hõ ĩtelligi & lapis: q̃uis ñ sit niger ĩtelligit̃ lapis. Itaq; adiectiua iure sunt appellata: q̃ illis noibus quæ substãtiã demõstrãt adiciunt̃: q̃uis antiq ẽt in qbusdã gẽtilibus compatiuis usi sunt: ut punus punior. Plautus in penulo: Nullus me ẽ hodie punus punior: & suplatiuis: & ĩ pnoibus: ut idẽ Plautus

Construc. Dictũ ẽ ꝙ ulterior & similia q̃ ab aduerbiis nascunt̃: nõ significant sensum positiui: & hoc adeo uerũ ẽ. i. adeo uerũ eẽ põt ꝙ nõ ad ipsa aduerbia. i. ad significãdũ sensum ipsoꝝ aduerbiorũ sed ad psonas q̃s significant noĩandas: ut So. ẽ ulterior Platõe uel ad alias res ut longabardis ulterior fuit cura amissæ rei. p. q̃ parentis. Adeo aũt hoc uerũ ẽ ꝙ. i. qa nascũt̃ ex ipsis aduerbiis q̃dã aduerbia cõpatiua q̃ cũ magis aduerbio ipsam rẽ positiui significat. Aliogn supfluerẽt cõpatiua ut ulterius aduerbiũ eandẽ prius adiacẽtiã quã ultra figãt: sed cũ augmento.

Deriuãt̃ igit̃ cõpatiua a no. Redit ad aliã ptẽ cõpatiuorũ: & oñdit q̃re significãt ĩtellectũ positiui. s. qa a noibus deriuãt̃. Oñdit ẽt q̃re cõpatiua: qa ab adiectiuis nascũt̃: & q̃re ab adiectiuis nõ silebit. Illatio ẽ ab effectu in cãm hoc mõ. Quia cõpatiua sensum positiui significãt: igit̃ deriuãt̃ a positiuis noibus. Et qm sũt cõparatiua: igit̃ sumunt̃ ab adiectiuis: & hæc duplex cõclusio ẽ ĩ libro sic. Igit̃ deriuant̃ cõparatiua a noibus adiectiuis q̃ adiectiua sumuat̃. i. ĩtelligũt̃ eã deriuata ex accidẽtalibus. s. qa designãt accidentia. i. res accidẽtes substãtiæ: substãtiæ dico nominũ. i. iã designatæ a suis noibus. s. substantiuis. Cũ dicit substãtiæ no. est dicere. Adiectiua erãt necessaria ad accidẽtia significãda & nõ substãtiã: qa substãtia iã recepat sua nomĩa.

Accidẽtia aũt sũt q̃ ex q̃litate. Exponit qd̃ appellauerit accidẽtia q̃si dixerit ex accidẽtibus substãtiæ sunt adiectiua. accidẽtia ãt. i. res accidẽtales sunt illa q̃ trahũt̃. i. accipiũt̃ ex q̃lita. i. ex numero q̃litatũ: uel ex quãti. i. ex numero q̃titatũ: q̃litas dr̃ aĩ ut prudentia uel quãtitas aĩ ut magnanimitas: uel iterum q̃litas uel q̃titas. corporũ. ut albedo. magnitudo. uel ex q̃titate uel q̃litate ex. e. ut ꝓspitas & abũdantia ex diuitiis: q. s. q̃litas & q̃titas pñt augeri & diminui p q̃. s. icremẽta & diminutiões cõparatio nascit̃ i uocibus. Nullũ. n. nomẽ compat̃ nisi q̃titas aut q̃litas: & q̃ principaliter significet augeat̃ uel diminuat̃: nec hoc totũ põt legi i uoce ut dicamus compatiua deriuãt̃ ab adiectiuis: q̃ adiectiua sumũt̃ ex accidẽtalibus. i. de numero accidẽtaliũ uocũ: q̃ accidentalia noĩa iũgunt̃ substãtiæ no i. substãtiuis noibus. accidẽtia aũt. i. accidẽtales uoces sunt q̃ trahũt̃ ex q̃li. uel q̃ti. i. iuẽta sunt pp q̃litatẽ uel q̃titatẽ significandam. Seqt̃. sine qbus substantia i. Et ẽ ꝓprietatis accidẽtiũ declaratio. Si eñi dixit cõparatiua noĩa ab adiectiuis nasci & cãm originis exposuit. Nũc aũt ꝙ ab aliis noibus fieri nõ pñt oñdit. q. d. uere a solis adiectiuis noibus deriuant̃ cõpatiua: qa a substãtiuis mime. Nã si dicam hõ & lapis &c. Quãuis. n. nõ sit prudens põt. Ad hoc respicit qd̃ dixerat. sine qbus substãtia põt ĩtelligi: & hic oñdit in exemplis Ilsam iũgi ad ꝓxima. q. d. hõ & lapis. q̃ sunt uoces substãtiuæ bene hñt significare p se. sed prudens & niger: q̃ sunt uoces accidẽtales: nõ nisi p substãtiã: qa q̃uis non sit prudens tñ hõ &c. Itaq. Q̃ñqdẽ accidentalia tñ gratia subiectiuoꝝ existũt: & illis adiciunt̃. igit̃ iure adiectiua sunt ap. Repetitio loci est: cũ dicit q̃ illis nominibus &c. Quãuis antiq ẽt de qbusdã. Dixerat sola adiectiua cõpari: q̃uis ẽt ĩ qbusdã gẽtilibus cõpatiuis usi sunt. ut punus punior. Nota qa gẽtilia nõ retinẽt significationẽ suã: sed ponitur ad significandũ aliquod naturale suæ gentis: ut normanus significat iactãtiã: britannus peritiã: punus ĩstabilitatẽ. ut si dicã. nullus ẽ punior illo. i. ĩstabilior. Et suplatiuis ẽt in ꝓnominibus. Nec mirũ si in gentilibus usi sunt cõparatiuis cũ in ꝓnoi-

bus quæ merã substãtiam significãt suplatiuis usi sunt tali accidẽtali significatiõe ipsissimus ꝑ simillimus. Fi
unt aũt compatiua a noibus. Ostẽsa hucusq; compatiuorũ significatiõe: originem eorũ tractare ĩgredit. Con
structio. Compatiua hoc mõ hñt significare. fiũt aũt a noibus &c. Hic & hæc potior & hoc potius huius potio
ris genitiuũ ponit ad differentiam uerbi & noĩs. q̃ idem sunt ĩ nrõ & prima ꝑsona Possumus & hoc ẽt a no-
mi. Dico potior deriuari a uerbo: possumus tñ hoc ẽt a no. po. ac. deriuatiuũ: q̃uis significatio alia eẽ uideat.
Potis. n. aliqñ significat potẽtes tã bonos q̃ malos. potior uero tñ bonitatẽ. sed tñ supple: qa aliqs potens esse
dicit ab illo q nullos uocat potentes nisi bo
nos: cõuenĩũt potis & potior in significatio
ne: & tunc potior bene a nomine potis com
paratiuũ eẽ dicit. Significationẽ cõparatiui
exẽplificando de suplatiuo ostẽdit unde tri-
en. &cæt. A participiis indulgẽs ĩdulgen.
Idest a cõsimilibus participiorũ. s. a noibus
participialibus. Sed qñ. correctio est. Et
sciẽdũ ꝙ localia sũt hæc ad. Quia cõparati-
ua nascũt ab aduerbiis: iõ dat quãdã regulã
de ipsis aduerbiis. s. ꝙ oia sũt localia a qbus
comparatiua noĩa sumũt. Pridẽ enĩ locum
significat. accipiũt philosophi locũ large ĩ tẽ
pore & ordine: & ĩ oĩbus aliis rebus & pene
omnia illa localia sunt hæc. i. sunt hic enu-
merata: pene dicit: quia subtus subterior in-
uenit: & ptidẽ prior. Vetustissimi tñ ẽt ci
ter. Licet citra citerior dixerim deriuari: tñ
sm aliquos a citra deriuat. Supra superior
Infra inferior &c. Adhuc durat executio an
numerationis aduerbiorum. Fit aũt com
paratio ad unũ. Ostensa comparatiuorũ tã
significatione q̃ origine quandam eorũ pro
prietatem supponit. s. ad quos debeat dirigi
comparatio: quia comparatio potest fieri ad
unũ tam sui generis q̃ alieni siue plures. &
hoc facit destruendo græcorũ sniam q uo-
lebãt non posse fieri cõparationẽ de uno ad
oẽs sui generis: & hoc deuitabant pro hono
re sui generis: qa ualde eis turpe uidebatur
ꝙ unus posset cõparari ad oẽs græcos. Con-
structio. A tali origine nascunt cõparatiua.
fit aũt cõparatio: uel ad unũ uel ad plures:
hic accipe ẽt oẽs. Quãuis græci honoris cã
suæ. D. non posse fieri c. a. m. s. g. Multos hic
accipe q̃ largius potest accipi sicut ad oẽs &
hoc faciũt magis cã &c. q̃ ẽ ibi electiua cõiũ
ctio. Alii aũt dicũt hãc eẽ rõnẽ. Ponit aliã
sniam græcoꝝ: quã similiter uult infrigere:
q dicebãt: qa pñt suplatiuo uti pluraliter ad
suam gentem: supflueret cõparatiuus si ĩ ta-
li cõparatiõe poneret: & hoc est. alii aũt non
sequẽtes honorẽ suæ gentis: dicunt hanc eẽ
rõnẽ ꝑpter quã non utant ea cõparatiõe ubi
ille cõparatiuus directus sit ab oẽs hãc. s. rõ
nẽ ꝙ cũ &c. Sed suplatiuus multo alios ex.
Sic plane illã rõnẽ destruit auctor: qñ supla
tiuus determinãte illũ multo añcedẽte rui
iungit significatio. cõparatiuus uero tã puo

in trinũmo. Ergo ipsus ẽ ipsissimus ab hic ab oculis. fi
unt aũt cõpatiua a noibus: a uerbis: a pticipiis: ab ad-
uerbiis siue præpõnibus. a noibus ut clarus clarior: fœ
lix fœlicior. a uerbis detero deteris deterior: potior po
tiris: hic & hæc potior & hoc potius: potioris potissi-
mus. Possumus tñ hoc ẽt a noĩe potis accipere: q̃uis si
gnificatio alia uideat eẽ: ut Terẽ. i phor. Vbi tu dubi-
tes qd sumas potissimũ ꝑ optimũ a pticipiis: ĩdulgẽs ĩ
dulgẽtior: amãs amãtior: sed qñ compat pticipia tran
seũt ĩ noĩum significatiõem: ab aduerbiis siue præposi
tiõibus: ut extra exterior: ĩtra ĩterior: ultra ulterior. Et
sciẽdũ ꝙ localia sunt hæc aduerbia siue ꝑpõnes ex qui-
bus cõpatiua nascũtur noĩa: & pena hęc extra exterior:
ĩtra interior: ultra ulterior: citra citerior. Vetustissimi
tñ ẽt citer protulisse ĩueniũtur. Cato de agna pascẽda:
Citer ager alligatus ad sacra erit: Citimus quoq; dice
bãt: teste capro. Exter quoq; inuenit: ut Statius in. xi.
thebaidos. Sed qd apud tales ne qs sua pignora curæ
exter honos. Ex quo Virg. in. iii. Et nos fas extera quę
rere regna. Supra supior: infra ĩferior: post posterior:
ꝑpe ꝑpior: ante anterior: penitus penitior. Apuleus ĩ
primo hermagoræ. Visus est ei adolescẽs honesta for-
ma: qua si ad nuptias exornatus trahere se in penitiorẽ
ptem domus: Fit ãt compatio ad unũ uel ad plures tã
sui generis q̃ alieni. Quãuis græci honoris cã suæ gen-
tis magis q̃ rõne ueritatis dicunt non posse ad multos
sui generis fieri cõpatiõnẽ. Alii ãt dicũt hãc eẽ rõnẽ pp
quã nõ utũt tali cõpatõe: ꝙ cũ ad plures sui generis fit
cõpatio suplatiuo possumus: uti ut fortissimus græco
rũ achilles: sed suplatiuus multo alios excellere signifi
cat. Cõpatiuus uero põt ẽt puo supãtẽ demõstrare: unũ
ẽt diminutionẽ apd nos iure accipit: maiusculus minu
sculus tardiusculus. Quid ãt ꝙ accidit ĩter tres: uel q̃t
tuor uel plures: nõ tñ ad totum genus fieri cõpatiõnẽ:
ẽt necesse est uti plurali numero suoꝝ: ut si dicã fortis-

antecedẽte q̃ multo significãte. Potest igit poni in tali compatione ubi nõ hẽt locũ compatiuus. Vnde ẽt
diminutionẽ apud nos. Probatio ẽ ab effectu qsi diceret. uere compatiuus designat non solũ multo supantẽ:
sed ẽt puo supantẽ. Nã hoc ĩdicãt eius diminutiua q̃ significãt puo supantẽ determiãte. & hoc ẽ qd ponit illa
tiue. unde nũc quod est dicere. Cũ compatiuus significet & multo & paruo supantẽ: si tñ indeterminate in-
uentus est unus cõparatiuus q significat semp paruo superantem & ĩde hẽmus diminutiuã formã. s. diminu-
tiuũ comparatiuum: nec ideo tamen comparatiuus per se & diminutiuus cõparatiuus sunt iudicandi diuer-
si comparatiui sed unus tantum. in hac tamen differentia ꝙ unus ĩdeterminate alius determinate paruo su-
perantem significet. Quid autem interest ꝙ accidit ĩter. Destruit græcoꝝ errorem quẽ superius posuerat

Sic isige. græci noluẽt uti cõparatiuo ad oẽs suæ gentis & hoc cã honoris faciũt: sed cã illa nulla ẽ fm eos &c. Nã ipsi cõcedebãt unũ posse cõparari ad duos uel tres: p cõparatiuũ: duos uero uel tres ad oẽs. Necesse ẽ ergo illũ unũ ad oẽs suæ gẽtis cõparari: hoc hẽmus ubi dicit. Quid aũt ẽ q͏̄ accidit fieri cõparationẽ inter. subaudi unũ uel tres uel iter subaudi unũ & q̃ttuor &c. Vel aliter lege: qd aũt ẽ q͏̄ accidit fieri.c. ĩter, tres.i. ita. q͏̄ unus de tribus duobus cõpareẽ: uel unus de q̃ttuor tribus: uel unus solus pluribus.s.x.& non tñ fieri cõpationẽ de uno ad totũ genus ĩ unũ. Hic diceret aliqs seqreẽ q͏̄ si cõpatio de uno sit ad tres: uel de uno ad q̃ttuor: q͏̄ iõ

fimi fuerũt græcoꝝ aiax diomedes agamẽnõ ulysses. oibus tñ his fortior fuit achilles. Vn.i.i. Pygmaliõ scelere ante alios imanior oẽs. ad oẽs sceleratos conferens pygmalionẽ cõpatiuo ẽ usus: Statius in. viii. Et melior qso deis. amphiarus dicit ad Plutonẽ. Sũt igit̃ q̃ cõparari pñt noia uel secũdę uel tertiæ declinationis & si sint secũdæ mobilia sunt i.ĩ a. faciũt fœminina: & ĩ um neutra: & in er uel in us: desinũt: & assumẽtia gtõ or. faciunt cõparatiua: correpta tñ penultima i. ut tener neri. tenerior: niger nigri nigrior: clarus clari clarior: doctus docti doctior. Notandum est q͏̄ sinisterior: quasi a genitiuo sinistri uideatur esse factũ: cum ĩ usu sinistri ubiq͏̄ reperiat̃ inueniuntur q̃dã quæ q̃uis sint accidẽtia .i. adiectiua & eorũ significatio exigat: ut faciãt cõparatiua: tñ nõ habentur in usu frequẽti. Sunt aũt ea plerũq͏̄ .q̃ uocales ante us habẽt: ut pius: arduus: egregius: duobus: strenuus. plærũq͏̄ dixi: qa sunt anomala: q̃ nõ seruãt in cõparatiuis regulã: q̃uis Plautus cõparatiuũ ptulit strenuior in ep dico. nã strenuior deterior: si pdicat suas pugnas de illius ore illę sordidæ sunt. Et puto hãc eẽ rõnẽ: q͏̄ oportet cõparatiuũ una syllaba uincere gtũm positiui: nisi sint anomala: ut teneri tenerior. docti doctior. Si ergo hæc: quę ante us uocalẽ hẽnt. assumũt gtõ or: necesse ẽ iter duas uocales positã i. transire ĩ uim cõsonãtis: qđ in latinis dictiõibus sp fere patit̃: cũ iter duas uocales ĩuenit̃ uim suã seruãtes. Hoc aũt iõ dixi q. u. post q. uel g. posita sępe añ i. hoc nõ facit: qppe amittit uim suã: ut nequior: pinguior: qđ nisi sit cõtigit: si ĩ cõsonãtẽ trãseat i. pares esse syllabas gtõ positiui cũ ntõ cõparatiui: uel hiatũ ĩtolerabilẽ fieri tribus uocalibus per tres syllabas cõtinue positis nulla cõsonante media: si dicamus piior: arduior. quod ne fiat nõ sunt usi eorum comparatiuis plęriq͏̄ grãmaticoꝝ.

debeat fieri ad totũ genus. qa si comparatio sit de tribus ad totũ genus uel de q̃ttuor: & uere sit de tribus uel de q̃ttuor ad totũ genus: qa ẽt p suplatiuũ de quo minus uideretur: qa significat multo lupantẽ: & hoc totũ hẽmus ĩ hoc quod supponit: & necesse ẽ uti plurali gtõ suorũ ad tres uel q̃ttuor. hoc supplendũ ẽ q͏̄ extra satis ĩnuit ĩ exemplis: ut si dicã. Fortissimi græcorũ. fue. a. d. a. u. oium græcoꝝ ĩtelligẽdũ ẽ pter Achillẽ. Oibus tñ his fortior fuit ac. Et licet isti fuerĩt fortissimi græcorũ: tñ his fortior fuit achilles ergo p mediũ achilles ẽ fortior oibus græcis: Nota tñ q͏̄ græci mĩme recusabãt fieri cõpationẽ de uno ad pluralẽ nũerũ alterius gentis: & hoc oñdit auctoritate Virgilii: q̃ fecit cõpationẽ de uno ad oẽs alterius generis. Oẽs. n. scelerati diuersorũ sũt generũ. Similiter statii auctoritate confirmat. Vel possumus dicere q͏̄ ĩstrigit græcoꝝ suiam usu auctoris. Sũt igit̃ q̃ cõpari pos. Formas cõpatiuorũ ĩcipit oñdere: & sic cõtinuat̃. Q̃ñq͏̄dẽ oĩa noĩa q̃ pñt comparari sunt adiectiua: q̃ sunt secũdæ uel tertiæ declinationis: nũq̃ enim adiectiuũ q̃rtæ uel q̃ntæ declinatiõis erit. Si opponat̃: qa iusta iustior primæ declinatiõis adiectiuũ cõparat̃. Rñdeo hoc fieri nõ ex se sed ex masculino eius. nã a iustus iusti iustior cõparatiuũ: uel ab exẽplis põt cõcludi sic. Q̃ñqdẽ clarus clari: sapiẽs sapiẽtis cõparat̃: igit̃ sũt &c. Et si sint secũdæ mobilia sũt. Prius dat regulam formationis de noibus secũdæ declinatiõis. Inueniũt̃ q̃dam: q̃ q̃uis sint. Dixi adiectiua noĩa secũdæ declinatiõis formare cõparatiua sua a gtõ: ĩueniũt̃ tñ q̃dã noĩa eiusdem declinationis q̃ nõ hñt comparatiua in usu: q̃uis significatio eorũ nõ repugnet. Sũt ãt ea plærũq͏̄ q̃ uocales. Quare dicat plæraq͏̄: ipse supponit. Et puto hãc eẽ rõnẽ q͏̄ oportet. Illa nõ pñt hẽe cõpatiua: & puto hãc &c. Si ergo hæc q̃ añ us uocalẽ. Ac si diceret. Q̃ñqdẽ oportet cõpatiuũ una syllaba uincere genitiuũ sui positiui: & ista cõparent̃ cõtingit ĩcõueniens. s. q͏̄ pares hẽbit syllabas cõparatiuus cũ gtõ positiui: qđ est huic regulæ contrariũ unde seq̃t̃ aliud ĩconueniẽs. s. q͏̄ fieret ĩtolerabilis hiatus in latinis dictiõibus. iõ dicit: qa cũ troia sit græca uel barbara dictio i. ponit̃ ĩter duas uocales: & non transit aliq̃ñ ĩ uim consonantis: ĩmo ẽ trisyllabũ. Fere dicit pp tenuit ĩ quo i. iter duas uocales posita non transit in consonãtẽ. uocales dico seruãtes suã num. l. potestatẽ litteræ. Quare hic dixit supponit. hoc aũt iõ dixit: qa u. posita ante i. post q. uel g. hoc ñ facit. s. ut seruet uim suã. Sæpe dicit q̃ ĩuenit̃ post g. & ante uocalẽ retinẽs aliq̃ñ uim suã ut argui. Sed posita post q & ante uocalẽ nũq̃ retinet uim suã. Quippe. Quippe u. ante i. nõ facit hoc sæpe. s. ut seruet uim suã: qppe amittẽs uim suam ab oppo. Quod nisi fiat. Dixi q͏̄ i. q̃ñq͏̄ ponit̃ inter q. & uo. q̃ñ altera pdit uim suã qđ nisi fiat. scilicet q͏̄ altera perdat uim suã: contingit alterũ ex istis fieri q͏̄ uel i. in consonãtẽ trãsibit; & sic hẽbũt pares syllabas nominatiuus cõparatiui. & genitiuus positiui: uel si nõ mutet̃ in consonantẽ contingit fieri intolerabilem hiatũ pp coniunctionem triũ uocalium diuersis syllabis positarũ. Quod ne fiat. Sed ad euitanda ista ĩcõuenientia non sunt usi auctores eorũ cõparatiuis. Plæriq͏̄ dicit: qa q̃dam usi sunt ut illi: quorum exempla ponuntur

Assumunt igitur. Quoniam quidam non potuerunt uti huiusmodi cóparatiuis: cum ipsa res exigat ea cóparari. Assumunt igitur inde aduerbium cum positiuo. Vetustissimi tamen. Licet plærique nó sunt usi cóparatiuis: eorum tamen uetustissimi de superlatiuis: ideo exéplificat: ut ostédat ista habere significationé nó repugnanté cóparationi: & propter commoditatem tractatus ne oporteret eum repetere naturá istorum nominum in superlatiuo. Sunt autem. Postquam ostendit noía secúdæ declinationis: quæ propter necessitatem nó hñt cóparatiua. ondit iterum noía secúdæ declinatióis: que propter solum usum in cóparatiuis deficiút. Sic iunge. Hæc cóparatiua quibus ueteres usi sunt non seruant regulam supradictá. Sunt & alia terminátia in us secúdæ declinationis: quibus &c. Quorum. facit diuisionem illorum ita. Quorum inæqualium habent i. breué ante or: ut melior: sicut alia cóparatiua recta. quædam hñt i loco cósonantis ut maior: quidam hñt n. ut minor. Nota quod exépla excedúnt regulá. Cum. n. tractet de solis terminátibus in ius: addit unum tertiæ declinationis. s. iuuenis iunior. Cum. n. hoc solum anomalum sit tertiæ declinatióis: noluit tamen de illo solo per se dare regulá: sed posuit inter alia anomala: & tunc ille genitiuus supra positus. s. quorum plus significabit quam inæqualia ad quæ refert. Vel pót legi: ita quod héat locum quorum inæqualium terminantium in us. quædam hñt i. breué ante or: sicut alia anomala: quæ terminát in is: ut iuuenis iunior. Et hoc occasióe similitudinis habét locum inter exépla: sed hoc obest: quia tunc improprie dr alia: cum non sit nisi unum solum. Nota illa eé anomala: quæ sunt in diuersa uoce: ut bonus melior. Sciédum tamen est quod iunior est syncopatum: cum prius sit dictum regulariter iuuenior. & licet iunior minus héat quam iuuenior in numero syllabarum: tamen illud complet in numero téporum quod iunior cóstat ex longa & duabus breuibus: & hét quattuor tépora. iuuenior autem cóstat ex quattuor breuibus. Plus quoque in singulari numero neutri: totam habet cóparationem: ut si dicas multum plus plurimum. sed in masculino & fœminino deficit comparatiuus per nominatiuum. in plurali est nominatiuus cómunis: tam masculini quam fœminini. Nota quod plus cum sit comparatiuum substátiuo noíe posse iungi: ut diceret plus unum sicut melius unum. sed solus usus repugnat. Superlatiuus tamen ab hoc ipso. Quamuis plus hoc cóparatiuum nó inueniat in singulari numero nisi neutri generis tamen &c. Quæ uero secúdæ declinatióis no. Ostéso quomodo comparatiua formant a noíbus secundæ declinatióis modo transit ad alia cóparatiua: quia formant a nominibus tertiæ: sic iunge. quæ secundæ sunt aut in us aut in es desinúnt: & faciúnt cóparatiua a genitiuo: quæ uero tertiæ faciúnt comparatiua uel sunt cóia in is: & faciúnt neutrum in e. uel faciúnt masculinum in er. fœmininum in is. neutrum in e. uel sunt cóia duum generum desinentia in er. uel in es. uel in ns. uel in rs. uel in x. communia dico sunt duum uel secundum alios trium generum: alii enim dicúnt hic & hæc & hoc pauper. quando inuenitur aliquando iunctum cum neutro. ut paupere regno. similiter de cæteris. Alii dicúnt esse duum quod melius in generibus declarabit: uel dicamus de diuersis eé dictum duum communium: ut hic & hæc pauper: trium generum ut hic & hæc & hoc audax.

Assumunt autem magis aduerbium & usum cóparatiui cóplent: ut magis pius: hic quam ille. Vetustissimi tamen etiam huiuscemodi sunt usi: ut arduior arduius. Cato dixit quod iter longius arduiusque erat a curia. Idem ad populum. de triumpho a primo atque arduissimo aditu. Pacu. in medio: Mulier egregiissima forma. Iuuen. in iii. Egregius cœnat meliusque miserrimus horum. pro egregius. M. Cato in oróne. Ne quis iterum cóculsiat imperator laudem capit exercitum meliorem: & industriorem facit. G. gracchus cótra æmilium tuberoné: Vtrum inimicorum meorum factio: an magis solitudo patriæ te impulit: ut in me industrior sis quam in te. Idem Cato de ptolemęo minore de thermi quæstióe: Quantoque suam uitam superiorem: atque ampliorem atque antiquiorem animum inducent eé quam innoxiorem. Idem Cato de macedónia liberanda: Idque perpetuius atque firmius repsit. Idem in thermum: Sed a bñfactis: atque ab optimis artibus fugit maxima flagella perpetuissimo curriculo. Lucillius. in xvi ad fundium: Fundi delectat te uirtus: uillicus paulo strenuior si euaseris. Sunt autem & alia in us terminátia: ex quibus cóparatiua supradictam regulam nó seruant: & dicunt irregularia. Quorum quædam hñt i. breué uocalem ante or: sicut alia quædam eandem i. loco cósonátis. Quędam uero cósonátem ut bonus melior: iuuenis: iunior pro iuuenior: magnus maior: malus peior paruus minor. Plus quoque uerum cóparatiuum eé multi: sed singularis ntús nó inuenit nisi neutri generis. pluralis uero inuenit etiam cóis: ut hi & hæ plures: & hęc plura. Antiqui tamen etiam pluria dicebant. Vnde Terétius in phormione cópluria. Superlatiuus tamen ab hoc ipso oíum generum inuenit plurimus plurima plurimum. Quę uero tertię declinatióis noía faciúnt cóparatiua: uel cóia sunt in is desinétia: & faciúnt neutrum in e. uel in er. sunt masculina faciétia in is feminina: & in e neutra uel er. es. ns. rs x. duum uel trium generum sunt cóia & assumunt or. in datiuo correpta i. penultima: & faciúnt cóparatiuum ut hic & hæc fortis & hoc forte. huic forti. hic & hæc fortior & hoc fortius: hic acer & hęc acris & hoc acre. huic acri: hic & hæc acrior & hoc acrius. hic & hæc & hoc pauper & huic pauperi: & hic & hæc pauperior & hoc pauperius. hic & hęc & hoc locuplex huic locupleti: hic & hęc locupletior: & hoc locupletius. Hic & hęc & hoc sapiens huic sapiéti. hic & hęc sapiétior & hoc sapientius. hic & hęc & hoc iers huic ierti. hic & hęc iertior & hoc iertius. hic & hæc & hoc audax huic audaci. hic & hęc

audacior & hoc audacius. Et sciēdū ē q oia ī or desinē-
tia comparatiua cōis generis sunt & mutātia or ī us fa-
ciūt neutra: excepto uno quod solum cū sit a positiuo
quātū ad suam uocem fixo seruauit eius genus. hic se-
nex huic seni: hic senior: q̄uis hoc quoque uetustissimi
cōe accipiētes hic & hæc senex ꝓferebāt. Pōpeius ī epi-
grāmate: qd. M. Varro ī libris q sūt de ligua latina ꝓ-
fert. Tua amica ē senex. Inueniť ēt a neq̄ qd ēt īdecliabi-
le triū generū tā cōpatiuū q̄ suplatiuū: ut nequā neqor
nequissimus. Ab aduerbiis uero deriuata ī ra desinēti-
bus mutāt ra ī er: & accepta ior faciūt comparatiuum
ut extra exterior: ītra īterior: ultra ulterior: citra citeri-
or: īfra īferior: supra superior. Similiter ī erior post &
añ faciūt cōparatiuum posterior & anterior. ꝓpe uero
ꝓprior facit: & detero deterior. A sæpe aduerbio positi-
uū uel cōpatiuū nomē nō legi. Suplatiuū posuit Cato
nepos de adiectiōibus apud populū: ne lex sua abroge-
tur. Facite uobis ī mētē ueniat qrites ex ære alieno ī hac
ciuitate: & ī aliis oibus pp diem atq; fœnus sæpissimā
discordiā fuisse. Prior & primus: quęrit̃ an sit prior cō-
paratiuus & primus suplatiuus. Et dicūt qdā q cū or-
dinis sint differētiam numeri significāt: sicut. n. alter de
duobus: & alius de multis dicitur: sic prior de duobus
& primus de multis solet dici. Inueniť tñ sæpe prior ꝓ
melior positū: & tūc sine dubio hēt uim compatiui. &
primus ꝓ optimus: & tūc suplatiui significatiōem ob-
tinet. Virg. in. viii. Et primos iuuenū tot miserit orco.
primos posuit ꝓ optimos. Quidā autem nō absurde
affirmāt q ī numeris quoq; pōt prior eē cōparatiuus:
uñ ablatiuo iūgiť: & primus suplatiuus: cum ad mul-
tos cōparať: & semp genitiuū sequiť. Et q prior sicut
oēs compatiui: uel ad sui generis: uel ad alieni aliquem
compatiui: ēt cum numeꝝ significat: ut prior turnus q̄
æneas mouit bellum: Primus autē sicut oēs suplatiui
ad multos cōiūgiť sui generis: ut Virgil. ī. ii. Primus se
danaū magna cōitante caterua: Andiogeos offert no-
bis. & quod oibus ē rōnabilius ī or desinēs cōe ī us fa-
cit neutrū q ī nullis aliis: nisi ī cōpatiuis īueniť. Et uř a
pridē aduerbio nasci: qd accipit or abiecta dē: & facit
cōpatiuū prior: sed ī. corripiť: qa ī nullo cōpatiuo ī. añ
or pōt ꝓduci. In suplatiuo uero seruauit ꝓductionem
accepta mus primus: ex quo aliud aduerbiū nasciť pri-
mo uel prime. Vnde Terē. ī andria: compositum dixit
apprime ī uita eē utile. Magnificētior & magnificētissi-
mus munificētior munificētissimus: cū uideātur a po-
sitiuo magnificēs & mūificēs deriuari. Vt eminēs emi-
nēt or eminētissimus: hæc ī usu nō sunt: sed ꝓ his ma-

Et sciendū est q omnia in or. Quædā ge-
neralis regula de cōparatiuis: quātū ad suā
uocem fixo. Dicit quia secūdum hoc q æta-
tem significat utriq; sexui pōt cōuenire: uox
tamen ipsa non nisi in masculoꝝ significatio-
ne poniť. Ab aduerbiis uero deriuata ī. Ita
formanť illa cōparatiua quæ deriuanť a noī-
bus: ab aduerbiis uero &c. Prior & primo
quæriť an sit. Sicut dixerat a ꝓpe ꝓprior fieri
ita dicit qm ab aduerbio pridem nasciť pri-
or. & in primis quorūdā errorē destruit q di-
cebant q prior & primus cū sint ordinatiua
numeꝝ significent q̄ nec augeri nec minui
pñt. Quapp uolebant ut nec prior cōparati-
uus nec primus suplatiuus diceretur. hoc ē.
Dicūt qdā q cū sint. ordinis. i. cū ordinē ī re-
bus ordinatis demonstrant differentiam nu-
meri. i. unum acceptum de differētibus nu-
numeris significant: & quia hoc ꝑplexe dixe-
rat ꝑ simile exponit sic. Sicut. n. alter unū de
duobus: alius unū de multis: sic prior unum
de duobus. primus uero unū de multis signi-
ficat. Ecce secundū hoc nō ui deť prior cōpa-
seu specialem: ut homo sum: Appollonius uocor: unde ego sum: uel ego uocor per se nemo dicit cum duplicata substantiæ demonstratio sine qualitate nil perfectum significaret: non enim erat possibile propriam positionem quæ significatur nomine proprio attribuere uoci communi. idest ad omnes generaliter pertinenti quod est pronomen: si diceremus. Ego sum: ego nominor uerba ad pronomen referentes. Nam significationem non propriæ qualitatis: sed quæ communiter omnibus accidit essentiæ demonstratiuæ faceremus ad quam pertinet ego: Eadem ratio in cæteris quoque personis est. Manifestum est igitur ꝙ quia confitentur suam positionem nominum supra dicta uerba: idest nominationem euocant ea a tertia ad primam: quando dico Priscianus sum: uel Cicero uocor: cum specialem substantiam quam pronomen additum demonstraret: habeat in se ipsum uerbum substantiuum uel uocatiuum. Itaq; frequenter inuenimus demonstratiuis pronominibus positis non posita supradicta uerba tamen intelligi: Vt. Virgilius in sexto æneidos. Hic Cæsar & omnis Iuli progenies. Adeo quoque demonstratio huius est causa ꝙ aduerbiis quoque demonstratiuis sæpe positis non est necesse addere supradicta uerba: Vt Virgilius in secundo æneidos. Tu ne ille æneas quem Dardanio anchisæ? Idem in tertio. Nam polydorus ego. Idem in eodem. Ecce tibi ausoniæ tellus: hanc arripe uelis. Nec non etiam substantiæ posito nomine frequenter deficiunt uerba substantiua Lucanus in primo. Quis furor o ciues quæ tanta licentia ferri? Virgilius in quarto æneidos. Quis tibi tunc dido cernenti talia sensus? Quosue dabas gemitus? Et qualis tamen & quantus positis infinitis: pro quibus etiam quis ponitur. deficiunt sæpius uerba substantiua quomodo etiam participiis: ut Iuuenalis in quarto. O qualis facies & quali digna tabella. Virgilius in primo Aeneidos. Certe hinc romanos olim uoluentibus annis: Hinc forre ductores reuocato a sanguine teucri: Qui mare qui terras omni ditione tenerent Pollicitus. Non tamen si dicamus: Cicero accuso: bene dicitur: sicut Cicero sum. Non enim accusationis uerbum proprietatem sic significaret substantiæ: quomodo substantiuum uerbum uel uocationis: quæ per uerbum indicatur uocatiuum. participiis quoq; quæ tertiæ sunt personæ: quomodo nomina substantiua bene sociamus uerba: ut possint loco rrium uerbi personarum fungi: ut amatus sum es est. Quæ si deficiant infinita pro his subeunt nomina substantiæ cum uerbo ut ego sum qui amor. Idest ο φιλουμενοσ: uel tu es qui amasti: idest ο φιλησασ. Hæc enim desunt apud nos participia. & attende in his quoque quanta uis est substantiam significantium: quod & loco participii: quod & substantiam ipsius qui agit: uel patitur & actum uel passionem significet: accipitur nomen substantiuum cum uerbo: ut quid est amans: qui amat: quid est nascens qui nascitur. Et loco uerbi participium cum uerbo substantiuo: ut pransus sum pro prandi. meritus sum pro merui. Et nota quod cum & nomen: ut supra diximus: & uerbum substantiuū inuicem: hoc cum participio positum loco uerbi: illud cum uerbo loco participii fungit᷑: ad omnes personas pronominū refertur. Ego sum qui scripsi: tu

sine qualitate quæ ē in nomine inserta.

Suam. propriam.

Qualis & quantus. tanta est uis substantiæ nominalis ut ea non solū coegerit ad sui demōstrationem excitari pronoia: sed ipsa quoq; uerba suæ speī cōticeri atq; omitti in ordine uoluerit nec non idē sæpius usu euenit oppositis his duobus infinitiuis ꝓnoibus relatiuis q̄lis & quātus: ut liquet exēplis. Participiis. Quæ supplēt apd nos ut apud græcos ī multis uicem prætereriti passiui ut pollicitus supple es ī exemplari Virgiliāo.

Quæ si deficiāt. deficiētibus nāq; participiis ī eo tēpore sit confugiū ad relatiuū & uerbū ut ego sum q amor qd græci una uoce participii præsentis tpis expediūt ο φιλουμενος uel p aoristum primū: quo una cū ipsius caremus participio quod est ο φιλησας. Habent. n. græci in oībus temporibus participiū siue coniunctis siue disiunctis. Amās. participiū & nomē esse pōt: sed hic participiū: quod soluitur in nomē & uerbū. Pransus sum. loco prandi regularis præteriti: quod procul ab usu recessit. Et nota quod cum nomen. Nomē cum uerbo substātiuo positum ut amator sum nomē est loco participii:

es qui scripsisti: ille est qui scripsit. Quomodo autem pronominibus uocatiua uerba non adiunguntur: sic nec participiis quippe ad nominationem pertinentia. Substantiua uero aptissime adiunguntur cum actus & passionis essentiã cũ pticipiis significãt ut amatus sum amatus es amat⁹ est. Deinde dicendũ est de constructione pronominum ad uerba. Obliqui casus pronominum omnimodo ad uerba referuntur: quomodo & nominum: ut illius misereor: illi noceo illum accuso: illo nitor. Ex qua constructione intelligitur qualis nascitur affectus personæ sed non reciprocantur quod dicimus. Non enim omnia uerba obliquos desiderant casus nominum uel pronominum: quomodo omnes obliqui casus uerba desiderant: quoniam quædam ex his perfecta sunt & absoluta: quædam defectiua: ut si dicam ambulat homo uiuit currit seder & similia: quæ sunt absoluta non egent obliquis casibus. Sin dicam Accusat uidet: insimulatur imperfecta sunt: & egent obliquorum casuum adiectione ad perfectionem sensus: sed de his oportunius separatim cum de uerbi constructione tractabimus dicetur. Quidam tamen putauerunt perfectiorem uerborum constructionem esse: si pronomina assumant: ut ego scripsi tibi te similia: huius approbatiõem dicunt esse eam ꝙ cum dicam: ego quidem assui: tu uero non: si tollas pronomen incongrua uel incognita erit locutio. Sed hoc facit maxime coniunctio quidem. Ita que ego non arbitror quod dicunt uerum esse generaliter. Non enim omnino egent pronominibus uerba: idque affirmatur non ex poetica solum constructione: cui licet & deficere & abundare: sed ex communi elocutione doctorum: & maxime a scriptorum constructione: qui sine metris scribentes perspicaciter magis ea utuntur: & ex ui ipsius orationis solent quod necessarium est apponere cum manifestum est de obliquorum constructione. Sciendum ꝙ insunt in quibusdam partibus orationis etiam aliarum partium intellectus: ut si dicam. Aiax intelligo hominem: & unum per numerum singularem si dicam Anchisiades: intelligo genitiuum singularem primitiui: & filius cum nominatiuo singulari. Si dicam diuinitus intelligo nomen: cum ex præpositiõe: idest ex diis. Si dicam fortior intelligo magis & positiuum primitiui: idest fortis: Innumerabilis est enim huiuscemodi exemplorum copia: nec est dicendum ꝙ si dicam Anchisiades deest & debet ei addi filius: & si addatur poetica est licentia quomodo & præpositiones solent addere & minuere: ut Terentiuus in Andria. Ad te aduenio spem salutem auxilium expetens. Virgilius in primo æneidos. Scelere ante alios immanior omnes. Ante enim cum comparatiuo positum auctionem auctioni addit. Terentius in andria. Post deinde quod iussi ei dare bibere abundat post. Idẽ in eadem. Pernimium non laudo: per superuacuum esse uidetur. Quanuis amplioris significantiæ causa potest accipi. Idem in eadem. Ab hinc triennium: pro hinc. Item subtrahitur præpositio: Virgilius in primo. Italiam fato profugus: deest ad præpositio. Neque si dicam Aiax: quod

aur substantiuum uerbũ cũ pticipio ut amatus sum ad omnes personas pronoium referẽ ut ego sum scriptor & scribẽs: ego sum q scribo & scripsi: tu es scriptor & scribẽs tu scribis & scripsisti: ille ẽ uel fuit scriptor uel scribẽs ille est q scribit & scripsit.

Quomodo aũt. Vocatiua uerba nõ indignẽt pronoie neq̃ pticipio in contextu indigent.

Non reciprocantur. Non ecõuerso & nemq̃ pe hoc ita apertũ q̃ qđ apertissimum: oratio. n. põt sine obliquo plane & recte pcedere in qua uerbum obliquo careat: sed non ubi sit obliquus sine uerbo: unde admittatur: id quod se quẽtibus facile sit exemplis. Vel ĩcognita. sublato pronoie occultus ẽ sensus huiuscemodi latinitatis: affui uero non sed si additũ fuerit pronomen utrobiq̃ in sua persona & patebit sensus: qui antea erat cõfusus: & erit oratio perfectior ac cõcinnior: ego affui tu uero nõ: assumpto igitur pronoie etiã cũ uerbo absoluto non erit quare desideretur obliquus q omnino nõ est necessarius etiã deficiente pnomine. Cõiunctio uero. Cui licet & deficere & abũdare: cui uenia est concessa quicquid uelit audendi et sine pronomine uerba contexere. Verum hoc non tantum ipsi inueniuntur poetæ: sed & oratores usi atque historiographi cuius rei trita sunt uulgata iam exempla. Anchisiades. patronimicum per augumẽtum litteræ: ut

est singulare: deest unus. In uerbis igitur similiter accidunt: quæ una cum eis intelliguntur: ut in indicatiuis ipsa indicatio & quæ ex ea intelligitur affirmatio. Vnde ad interrogationes respondentes etiam aduerbium confirmatiuum uel non: uel uerbũ indicatiuum reddimus utpote habens in se affirmationem: ut interroganti legis: etiam uel non respondemus uel lego. Sed & de his in constructione uerborum subtilius tractabimus. Inest etiam singularis numerus in uerbo scribo: nec eget ut addatur unus. Manifestumque est ꝙ etiam nominatiuus ꝓnominis inest uerbo. Ergo si supradicta nõ desunt: quia intelliguntur: pronomen deest. Nec tamen si addatur uituperanda sit constructio. Est enim quã do amplioris causa significationis adiunguntur ea quæ possunt etiam si non addantur intelligi: ut legis: etiam lego. Ecce enim quamuis hic aduerbium etiam per se positum intellectum habeat uerbi prædicti: in interrogatione tamen additum non fecit uitiosam orationem: sed magis certiorem. Fit mior enim fit responsio duplici confirmatione. Similiter unum hominem dicimus ambulare ad diuersorum multitudinem: non ideo ꝙ ipsi homini cum singulariter dicimus non inhereat etiam unius numeri intellectus. Iterum ad omnium ab negationem dicimus nullum ambulare. Neminem inueni singulari numero numerum adiungentes singularem. Eodem igitur modo cum absoluta & non discretiua inest prolatio dicimus absque pronomine disputo disputas. Sin autem discretionem alicuius rei uolumus manifestate addimus pronomen: cuius est proprium discernere personas. Non enim ut indicemus personam hoc facimus. eam enim habent in se uerba: Vnde infinita eorum quia deficiunt personis egent uerbis indicatiuis ut quod deest ex his assumant. Ergo discretionis causa: & maxime si coniunctio assumitur ꝓnomen additur uerbo: ut ego quidem affui: tu uero non. Ego quidẽ scripsi: ille uero legit. uel amplioris causa significantiæ: in quo tantum ad alios omnes uidetur fieri discretio: ut Cicero in primo inuectiuarum. Nos non dico aperte consules nos desumus. Intelligimus enim ꝙ nemo alius nisi nos. Terentius in andria. Ego tibi furcifer si uiuo osten-

atlantiades: amphitrioniades: phaetontiades filius uel nepos: quæ relinquuntur intellectui genitiui primitiuorum nominum. Diuinitus. aduerbium quo utitur poeta ut medulitus & funditus. ex diis e medullis e fundo. Intelligo magis. etiam minus per catachresim quando fit a contrario. Nec est dicendum. patronymica enim cum substantiua sint respuunt aliud substantiuum tamen apud poetam ut innuit Priscianus legere est. Aeneas anchisiades & fortis achates & apud Homerum milia eiusmodi. Ad te aduenio. Erin amore hæc insunt uicia. Italiam fato. Id factum est ex solœco ut placet præceptoribus regularum. Deest unus. Quamuis hoc nomen aiax simpliciter & per se fuerit in oratione constitutum: non tamen illi opus est hoc nomine unus: quem fuerint duo: etiam si unus dumtaxat extitisset aiax.

Quæ una cum eis intelliguntur. & suppositum & aliud uerbum ut fit in percunctãdo: legis: respondere sat est per non uel ita: ut sæpissimæ Plautum uidemus & Terentium usos. Pronominis nominatiuus. Personæ primæ etiam secundæ pronomen prætermissum non destruit orationem cui si appositum fuerit neque deformitatem afferet.

Vnius numeri. Idest singularis numeri intelligi possit tam multitudo q̃ unitas. Vnitatis enim appellatione multitudo includitur in nomine præsertim collectiuo: ut neminem uel nullum dicimus ambulare: neminem etiam dicit auctor inueni qui ad singularem numerum referrent. Cum absoluta & non discretiua. cum ad unum tantum refertur: ut ego disputo: tu disputas: etiam sine pronominibus dicitur. Non enim ut indicemus. Additur pronomen uerbo ut fiat discretio personæ non indicium: omnino etenim in ipso uerbo iam est inclusa persona. Egent uerbis indicatiuis. Vt cu-

pio legere: uolo philosophari: actus huiusmodi infinituorum in persona prima consistens non ex ipsis infinitiuis ostenditur quæ personam nõ finiunt sed ex pronunciatiuis uerbis. Coniunctio ut uero. At autem. Nisi discretionis uel significationis causa. pronomen primæ uel secundæ personæ nõ est quare anteponatur uerbo: quandoquidẽ nullum sit de persona amphibolum: sed si fuerit personarum discretio ut patet p exempla superius adducta: uel emphasis in significato: tunc necessarium erit pronominis additamentum: ut ex uerbis colligitur Simonis illius Terentiani. Ego postquam te emi a paruulo & cætera. Et alibi. Ego tibi furcifer si uiuo ostẽdam. Quod genus exempli & ad discretionem & ad significatum pertinet pronominis. Is in hoc loco dupliciter oratione inseritur. Is redditiue: ut is qui rerum causas speculatur foelix: relatiue: philosophus rerum finem uestigat & is quo id facilius assequatur inanes fortunæ blanditias & secularia ludibria detractat: sed ut placet Prisciano: huiuscemodi relatiuum etiam discretiue poni non inconueniens est.

dam quid sit periculi dominum fallere: & illi patrem. Et prima quidem uel secũda persona uerborum nisi discretionis uel significationis causa non egent pronominibus. Quippe cũ sint finitissimæ singulisque uocibus pares habeant & præsentes demonstrationes: Tertiæ uero cum sint innumerabiles una uerbi uoce utentes necessario confusionem faciunt infinitam. Itaq; conuenienter ad eandem discernendam: pronomina quæ sunt finita tertiis uerbi personis adiungũtur: ut per eorum adiectionem incerta significatio finiatur: ut scribit hic: scribit ille: scribit ipse: scribit is: scribit idem. Salustius in Catilinario. Verum enim uero is demum mihi uiuere atque frui anima uidetur. Is ĩ hoc loco & relatiuum & discretiuum est ad omnes. Impersonalia quoq; uerba cum per se infinita sint personarum & numerum additiõe pronominum diffiniuntur: & loco perfectorum per omnes modos accipiuntur uerborum: ut curritur a me: a te: ab illo: a nobis: a uobis: ab illis. Imperatiuo curratur a te ab illo a nobis a uobis ab illis. Similiter optatiuo utinam curreretur a me a te ab illo: a nobis a uobis ab illis. Sic etiam per cætera frequentissime tamen sine additione pronominum proferuntur: & ipsum actum significant licet deficiant pronomina: ut Iuuenalis in tertio Curritur ad uocem iocundam: & carmen amicę thebaidos. Virgilius in primo æneidos. O dea si prima repetens ab origine pergam: Et uacet annales nostrorum audire laborum: deest enim tibi. idem in eodem. Mecumque souebit Roma nos rerum dominos gentemque togatam: Sic placitum est: deest mihi.

¶De Impersonalibus.

PAssiuam quidem uocem habentia : abla
tiuo uel datiuo more passiuorum iungũ-
tur: & intransitiue intelliguntur: ut curri
tur a me uel mihi : Actiuam uero si sint a
perfectis uerbis eorum constructionem seruant : ut iu
uat me quia iuuo te . Virgilius in secundo geotgico-
rum. Et iuuat undantem buxo spectare cithorum. Pla
cet mihi quia placeo tibi : contingit mihi: quia contin-
go tibi . Similiter euenit accidit: cætera quoque datiuo
copulantur & intransitiua sunt: ut licet uacat libet mi-
hi . Exceptis quæ accusatiuum simul & genitiuum as-
sumunt : pœnitet pudet teder piget miseret me illius.
Duo inueniuntur quæ cum genitiuis aliorum omni-
um casualium applicantur . quinque tantum solis pro
nominibus : quorum similes sunt genitiui primitiuo-
rum genitiuis deriuatiuorum : ne concidant : ablati-
uo possessiui pro genitiuo primitiui construuntur . In
terest mea tua sua nostra & uestra : in quibus subau-
ditur in re : idest in utilitate mea : tua : sua : nostra:
Nam si dicamus interest uel refert : mei : tui : sui: no
stri : uel uestri : non ad primitiuam personam : sed ad
possessionem intelligiẽ : ut interest mei filii uel fratris:
uel tui uel sui: uel nostri uel uestri. Cum cæteris enim
quoque omnibus casualibus: idest nominibus : uel ꝓno
minibus participiis supradicta uerba coniuncta geniti
uum exigunt casum : ut interest imperatoris : interest
meorum natorum: interest docentis: idest prodest do
centi : Nam participia tam nominum q̃ uerborum si-
bi defendunt structuram : & uerborum quidem con-
structionem seruant: quando uel absoluta uel transi-
tiua sunt ad alia casualia: quibus ad consequẽtiam uer
bi coniungubtur. Absoluta: ut spirans uiuo: ambulans
cogito: quia spiro & ambulo absoluta sunt . Transiti-
ua misereor tui : miserens tui : noceo tibi nocens tibi:
laudo te laudãs te : potior illa re potiens illa re: & hoc
quidem fit secundum uerbum . Secundum nomen
autem participia construuntur : quemadmodum uer
ba uel intransitiue cũ nominatiuo: uel trãsitiue cũ obli
quis noium ponũtur: sicẽt cũ pticipiis ĩtrãsitiue: ut Vir.
scribẽs floret: ego ĩtelligẽs delector. Trãsitiue: ut egeo
misẽratis: cõsentio misẽrãti: uideo miserãtẽ: potior mi-

PAssiuam quidem uocem . Imper
sonale ideo sic dictum ꝙ nume-
ris careat & psonis: & est duplex:
actiuum & passiuum: actiuum ser
uat regimen primitiui: si sit perfectum & in-
tegrum. ut iuuo. iuuabam. iuua iuueram. iu
uabo. quod uerbum accusatiuũ apponit quẽ
postea supponit impersonale ab ipso. ut me
iuuat ꝙ te iuuo . In summa omne actiuum
impersonale postulat infinitum post se . ut
Iuuat undantem buxo spectare cithorum.
extrahitur miseret & reliqua id genus quæ
passionem uoce supponunt actiua per obli-
quum accusandi & per generandi actionem
siue infinitum alius uerbi apponunt . quan
tum uero ad syntaxim pertinet eorum pri-
ma classis. quattuor enim sunt . generandi
casum a fronte recipit extra: mea: tua: sua: no
stra: uestra : cuia: quæ respiciunt ablatiuum
pragmaticum cum uerbo compositum : ut
mea interest: in re mea est ; licet alia sit ratio
prisciani: secunda classis siue phalanx . Im-
personalium datiuum in fronte sibi asciscit:
tertia acusandi in agente. quarta item accu
sandi in patiente semper : quæ tamen perso
nalia æque sunt si infinitum ipsis adiunctum
cum regimine aggregatum uice recipiant
suppositi: ut bonos libros legere uacat mihi:
Passiuum autem impersonale per se poni-
tur; & nullum omnino casum admittit poni
turque intransitiue ; nisi licentia interueniat
poetica ; quæ rationis est expers sua tantum
auctoritate munita.   Quia iuuo te exem

ferante. Hæ enim constructiones obliquorum ad similitudinem nominum uel pronominum fiunt: ut indigeo illius: indigeo pascentis: faueo legenti: quomodo & faueo amico: & faueo illi: accuso illum: accuso hominem: similiter accuso legentem. Dignor te laude: dignor te illa te: dignor te celebrante. Est tamen quando in nominum uim transeunt participia: & genitiuo coniunguntur relicta uerborum ordinatione: ut fugitans lites participium est: fugitans litium nomen est. Amans illum: similiter participium: amans illius nomen: unde & comparatur amantior amantissimus. Præfectus urbi participium: quia & præficior urbi dicimus: præfectus urbis nomen est. Participium autem comparationem habere non potest: cum loco uerbi fungatur quod comparatione penitus erat quantum est in sua uoce. Nam adiectione aduerbii possunt comparari: ut Virgilius in primo æneidos: Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam Posthabita coluisse samo. Similiter participio additur magis hunc colens: q̃ illum. Et nomen quidem loco uerbi fungitur. ad uerbum uero loco nominis: ut faciens eloquentem dico: pro qui facit eloquentem: laudo legentem: quomodo laudo lectorem. Nec mirum pro utroque fungi cum utriusq; accidentia possideat. Et sciendum q; si præponatur coniunctio casuali necesse est aliquam quoque partem casualem copulari: & ad utranque uerbum referri: ut & Dionysius loquitur & Trypho: & Apollonius scripsit & ego: & uigilans proficit & legens & econtra si uerbo præponatur coniunctio: necesse est aliud uerbum ei coniungi: & ad utrunque aliquid casuale referri: ut & scribit & legit Trypho: & pugnat & uincit æneas. Licet tamen uerba primæ & secundæ personæ repetenti nihil casualium adiungere: & perfectam orationem ostendere: ut & lego & intelligo: & doceo & doceor: & scribis & cogitas. Nam ipsa demonstratio locum casualis alicuius fungitur: cum & pronomen & nomen per eam intelligitur: tam in prima q̃ in secunda persona. Nam tertia uerbi persona: quæ infinita est eget aliquo casuali. Quod autem fit in nomine: hoc etiam in aduerbio q; ui adiectiuum est uerbi exigit ratio fieri: ut & bene & docte scribit. Necesse est enim coniunctiones præpositas uel diuersas personas coniungere: quæ sunt in casualibus: uel qualitates quæ sunt in aduerbiis. Communiter autem actum uel passionem necesse est consequi: quæ est in uerbo uel participio: uel actus uel passiones copulari. Communes autem personas consequi uel qualitates ipsi actui accidẽtes geminari: & tunc actum inferre. Si enim non præponat̃ coniunctio licet diuersas iferre partes: ut scribit Dionysius & trypho: scribit Dionysius & legit. Si enim præponam coniunctiones dicendo & scribit Dionysius necesse est alterum uerbum subiungere & dicere. & scribit Dionysius & legit. Rursus si dicam & Dionysius scribit: necesse est alterum casualem inferre: & dicere & Dionysius scribit & Apollonius. quippe cum præposita coniũctio copulatiua uel disiũctiua oĩmõ cogit cõsimilem ptem repetere: idest uel casualẽ: uel carẽtẽ casu & eũdem casum uel modum:

plum perfecti uerbi.
Aliorum omnium casualium. nominum.
Nam participia tam nominum q̃ uerborũ. nam participio idẽ conceditur a tergo tegimẽ quod item suo uerbo. & structura qualis nomini: ut seruiens uirtuti floreo: seruio uirtuti & floreo: seruiẽtem uirtuti aeterna laus comitatur: illum qui seruit uirtuti æterna laus comitatur: uiuens spirat: qui uiuit spirat. uolans ad astra non moritur: qui uolat ad astra non moritur. sed quid opus ista glosemmatis indicare quæ queant per se uel semidocti ac nouicii cognoscere. Cum loco uerbi fungat̃. uerbum formatione nullo modo comparatur. Cõstructura æque quando ipsa comparatio fit ab uno actu ad alium: ut libentius lucubro q̃ dormio. & studiosius lego q̃ comedo. Et sciẽdum. præpositio anteposita nomini copulat duos casus similes sub eodem uerbo. Cæterũ si antecesserit ipsum uerbum duorũ erit copulatiua uerborum sub eodẽ nomine. ut & maro cecinit. & Homerus bellum troianum homerus uirtutem ulyssis & scripsit & commẽdauit Vlyssis errores & cecinit & fleuit. Sciendum tamen est possessiua nomina in recto casu uel in alio quouis sicuti natura uerbi postulabit & uenustius & aptius copulari solent q̃ in casu generandi primigeni ut floridissimus ẽ & plinianus sermo & Ciceronianus aut contra altero eorũ existẽte in casu prio eiusdẽ pri-

ut & scribo & intelligo: uel scribo uel intelligo: & meus seruus & tuus: uel meus seruus uel tuus. Sciendum tamen est q, licet genitiuis in huiuscemodi constructione copulare nominatiuos possessiuorum. Quippe qui uim genitiuorum primitiuorum suorum possident: ut pulcherrimi sunt & homeri uersus & Virgilii. Similiter licet dicere & Agamennonis filius: & Menelai filia sociati sunt: & frater noster & uestri & meus seruus & illius. nec solos nominatiuos possessiuorum, sed quoscunque casus bene possumus cum genitiuis possessiue prolatis coniungere: ut ager meus est & fratris & tua est ciuitas & omnium: & mei filii est hæreditas & cognatorū: & meo seruo & fratris dedi: & meum amicum & patris di'igito: & mei filii & uxoris meæ & meo filio delector & castæ matris. Similiter omnia possessiua possunt proferri tam nomina q̄ pronomina. Genitiuos quoque & ablatiuos inuenimus coniungi uerbo impersonali: quod est interest & refert: de quibus supra diximus ut interest mea & patris. refert tua & imperatoris. Modos quoque ut diximus necesse est supradictis coniunctionibus præpositis eosdem plærunque adiungi ut legis & discis: & lege & disce: utinam & legeres & disceres: utinam aut legeres aut disceres: cum & legas & discas: cum aut legas aut discas: cupis & legere & discere. Licet tamē uariare: ut & legisti & lege: & legisti & utinam legas. Casus quoq; eosdem sociari exigunt copulatiuæ: uel disiunctiuæ præpositæ uel interpositæ coniunctiones quando unum uerbum ad eos refertur: ut ego & tu legimus: uel mei uel tui miseretur: & mihi & tibi prodest: uel me uel te ledit: uel Cicerone uel Virgilio delector. His constructionibus inueniunt quædam contraria apud actores: licet non repetantur coniunctiones supradictæ: sed hic interponantur: quomodo si repetantur. Virgilius in primo æneidos: Succinctam pharetram & maculosæ tegmine lyncis: Aut spumantis apri cursum clamore prementem. Sed melius in quibusdam codicibus finem. pharetra inuenitur. Quidam tamen lyncis cursum a communi accipiunt. Idem in septimo. Quod scelus aut laphytis tantum: aut calydona merentem. Sed melius hic quoque in quibusdam codicibus inuenitur. Quod scelus aut laphytis tantum calydone merente: uel aut laphytas aut calydona merentem. Eandem quæstionem habet etiam illud. Iusticiæ ne prius mirer belline laborum. Sed inuenitur etiam iustitiæ ne prius quod est aptius. Similes enim quæque coniunctio dubitatiua uel interrogatiua exigit casus. Hoc autem sæpe fit ubi anceps est constructio dictionum. Nam & succingor hanc rem: & hac re succingor dicimus. Virgilius in septimo: Palla succincta cruenta. Idem in quarto æneidos: Tuumque dulce caput magicas inuitam accingier artes: & Mars perdere gentem Immanem laphytum ualuit concessit in iras Ipse deum antiquam genitor calydona dianæ: Quod scelus ut laphytis tantum aut calydone merente: & quod scelus aut laphytas tantum: aut carydona merentem. Vtrum queetiam bene dicitur & miror iusticia & iusticiæ. Et rectius quidem ad præpositum casum esse etiam consequentem interposita coniunctione, non tamen penitus absque ratione esse uidetur: siquid tale in-

mittitur ut fortissimus fuit & Sergianus latertus & milōis cro toniatæ. & Agamennonius filius & Menelai filia sociati sūt figurate dictū: ubi uirile genus muliebre cōcipit In sūma cōstructio ex frequētissimo usu diuersos copulat casus diuersasq; clausulas. Casus quoq; eosdē sociari aduerte per trāsitū canona figuratæ structuræ ī quo illud de auctore pcipiēdū dūtaxat relictum ē. Syndesmū siue copulatiuū ut & siuæ solutiuū: ut uel æq; præpositum ac interpositū clausulis similitudinē desiderare casuū: ut ego & tu legimus ubi interponitur copula: uel mei uel tui misereť: ubi solutio plata ē: & mihi & tibi pdest ubi copulam in fronte conspici casualium: & tñ hæc oīa cōfundit auctoritas. Quidam tñ lyncis cursum a cōmuni accipiunt. ut se quaſ sic ordo p̄ mētē clamore cursū spumāris apri & maculosæ lyncis. tegmine autē & pharerra ad succinctam referanť ablatiui. Et rectius qdem ad præpositū casum. Copula plus cōuenit similitudini casuū & consequentem interposita structurā magis desiderat. Vt misereris mei. Verbū plerūq; recipit utrobiq; pnomen diuersū & regimie & q̄litate: ut das mihi hic pnomē sub audiť efficiēs effecto iā indtō apparente.

Nulla p̄positio trāscēdit carpti materiā

ueniatur apud auctores. Pronominum obliquis casibus coniuncta uerba duas exigunt personas efficientis & efficiendi: idest agentis & patientis: ut misereris mei: das mihi: uides me: dignaris me. Similiter in omnibus casualibus: & in reciprocationibus personarum: hoc est quando eadem persona: & agit & patitur. & utimur eisdem constructionibus: ut misereor mei: inuides tibi: orat se ille & similia. Nulla praepositio per compositionem potest pronomini adiungi. Itaque per solam appositionem obliquis casibus eorum praeponitur: apud graecos quidem ferre omnibus: excepto uocatiuo. Apud nos uero accusatiuo soli uel ablatiuo: ut ad uos: in nobis. Vnde mecum: tecum: secum: nobiscum: uobiscum non accipienda sunt composita: quomodo nec quocum: quacum: quibuscum: & similia. De accentu autem in libro: qui est de pronomine sufficienter dictum est. Nominibus uero praepositiones adduntur tam per appositionem quam per compositionem quidem: quae fit in nominatiuo: cuius seruant compositionem: etiam obliqui: ut indoctus: indocti: indocto: indoctum: indocte. Per appositionem uero supradictis duobus obliquis casibus: uerbis uero & aduerbiis per solam compositionem adiunguntur praepositiones. Participiis autem tam secundum uerbi compositionem quam secundum nominis appositionem: ut perlegens a perlego: efficiens ab efficio: ad legentem a legente: ut ad puerum a puero. Sciendum tamen quod recta ordinatio exigit: ut pronomen uel nomen praeponatur uerbo: ut ego & tu legimus, Virgilius & Cicero scripserunt. Quippe cum substantia & persona ipsius agentis uel patientis: quae per pronomen: uel nomen significatur: prior esse debet naturaliter quam ipse actus: qui est accidens substantiae: licet tamen & praepostere ea proferre aliquem auctorum usurpatione fretum. Et prima & secunda persona: uel in se reciprocantur: uel in alias diuersas transeunt: cum non absolutis uerbis adiunguntur. In sese quidem reciprocantur: ut misereor mei: misereris tui: noceo mihi: noces tibi: laudo me: laudas te. In alias uero diuersas transeunt: ut misereor illius: misereris mei: noceo tibi: noceo illi laudo te: & laudas illum. Tertia uero persona: non solum eadem patitur: sed etiam in aliam tertiam extrinsecus potest transire. Quippe cum diuersae in ea possunt esse personae quod & in prima & in secunda non inuenitur. Quippe cum sint finitissimae & uocibus unicae: ut iste accusat illum: & ille hunc: & in se reciprocatur eadem ut ille accusat se. Prima autem in aliam primam transire non potest: nec secunda in aliam secundam: scilicet quia nec possunt esse diuersae primae & secundae: sed uel in se reciprocantur ut dictum est: uel transit prima in secundam uel tertiam: & secunda in primam uel tertiam: ut uideo te uideo illum. Tres igitur personae eandem quidem constructionem habent reciprocam unam: ut prosum mihi prodest tibi prodes illi. Transitiuam uero prima quidem & secun-

percurrens tritissimam pronomen non recipere praepositionem nisi iure seruili. duos enim casus regendos eius opera & officio exponit accusandi: scilicet & auferendi: cum graeci omnes propriae extra nuncupatiuum liberalius suos praepositionibus offuscant, ut ἐξ ὧν ἐπὶ φρεσὶ πρὸς Ἀθηνᾶ. Mecum tecum. & reliqua id genus: quae afri cus uoluit esse personalis aduerbia. Contra: Priscianus pronomina monoptota.

Participiis autem. participio correspondent praepositiones: & appositae & compositae componitur quidem existente iam uerbo illius composito: ut perquirens. secus minime quod tunc uim nominis affirmat quoque simplici uerbo ipsum associetur cum alia parte: ut indoctus. De appositione & seruitio praepositionis ad ipsum inane plura fabulari: siquidem quo iure nomen eodem & participium eius opera uariatur.

Sciendum tamen. nunc eo recurritur. unde fuit hactenus producta digestio: & est mere artis praeceptum: quod proponit habens gradum ad particularem quendam canonem uenustatis: quod naturaliter nomen in ipso contextu antecedit uerbum: quem locum saepissime illi adimunt oratores. Primo namque appositum suppositum medio fine uerbum ipsi constituunt. ut carthaginis opes Scipionis prudentia destruxit. Priscianus uero prudentia Scipionis destruxit opes carthaginis: hoc non praeterit qui sunt lectores elegantiae obseruatorum non in frequentes.

Quam ipse actus, qui per uerbum exprimitur. Reciprocantur retransitorie in eandem sui personam regrediuntur. Misereor illius. transitus de prima in tertiam miserationis & tristiciae. Prima in aliam pri-

da persona ad binas personas: ut prosum tibi prosum illis: prodes mihi: prodes illi. Tertia uero ad tres: superat enim hac una quod tertia in aliam tertiã trãsitiue profert: ut ille prodest mihi: prodest tibi: prodest isti.

¶De constructione deriuatiuorum secundum personam.

POssessiua tamen quia duas continent personas: idest possessoris & possessionis, necessario trib9 cõstructionibus ordinant, cum eorum primitiua duas habeãt: reciprocam: idest sui passam: quam græci ἰδιοπαθῆ uocant: & transitiuam. Sui passam, ut uideo memet: trãsitiuam ut uideo te uel illum. Possessiua uero modis construuntur tribus cum uerba a possessore in possessionem: & a possessione in possessorem: uel extrinsecus transferantur a possessore in possessionem: ut doceo meum filium: doces tuum discipulum docet ille suũ auditorem. A possessiõe uero in possessorem: ut paret mihi meus filius: paret tibi tuus cliens: paret illi suus seruus. Extrisecus ut doces tu: uel docet ille meum filium; doceo ego: uel docet ille tuum filium: doceo ego uel tu suum illius filium: sed melius hoc per retransitionem fieri dicit: ut rogat me ille ut doceam suum filium. Cum enim suum sit relatiuum: exigit ut prius cognoscat persona sui possessoris: ad quam refert. Et secundum quod omnia illa possessiua possessoris quidem personam, secundum primitiuum significant. Possessio uero ipsa, tertiæ est personæ: ut meus: tuus: suus: quõ & nomina: quibus coniunguntur: ut meus pater: tuus: filius. Excepto uocatiuo: qui solus in primæ personæ possessiuis inuenitur: cum secundæ copuletur personæ: ut o mi pater: o mea tu: o noster chremes. Omnia tamẽ possessiua, in genitiuos primitiuorum etiam uerbis sociata possunt resolui: ut amicum meum moneo. pro amicum mei. & Euãdrium filium Turnus interfecit: pro Euandri filium: & Daunius filius ab Aenea uictus est pro Dauni filius. Hoc autem interest inter possessiuum pronomen: meus tuus suus: & primitiuum mei tui sui: quod uoce possessiui genus: & casus: & numerus ipsius possessionis ostendit. Et substantiua quidem uerba possessiuis coniuncta, ad possessores referunt: ut tuus sum filius, meus es pater: suus est illius seruus: in una eademque persona possessor simul & possessio intransitiue intelligi non potest: nisi figurate dicat aliquis: meus ego sum seruus & dominus: & similia. Persius: Vindicta postquam meus a prætore recessi: & Euripides ἐγὼ δὲ ἐμὸς εἶναι. Sin autem aliquibus uerbis ea sociamus, ad ipsarum possessionum actum uel passionem pertinentibus, necesse est, cum in prima & in secunda esse persona intelligatur: primitiua quoque eis pronoia adiũgi, quomodo etiã noibus: ut tu meus filius legis,

mam. eo scilicet modo quo tertiã tertia trãscendit discrete. si dicerem ego me laudo: agentem me & patientem huius laudis nõ alium ostẽdo in eadem prima persona quod fieri potis nequaquam est.

POssessiua tamen. pronominum bifaria possessio simplex primitiuorum duplex declinatorum. primigenia possessio duobus modis adnotatur. idiopathice & transitiue. idiopathice cũ ad seipsam reciprocat & transit: ut meipsius moreor fœlicitate transitiue ut tui ipsius gaudeo fortũa. declinata autem tripliciter strunnt. Cum possessor antecedit rem possessam. ut uendidit Iccius sua armalicum cõtra possessori præstat ipsa possessio: ut sua arma Iccio minus contulerunt quam libri Panecii. cum possessor affigit aliene possessioni: ut Iccius mercatus ẽ libros tuos. hæc & si pene alia sint forma expressa non procul tamen ab auctoris sententia recedũt Iussus id feci non sponte. ¶Per retransitiõem. cum in personam possessoris remotam, sua retransit possessio adiecto pronomine relatiuo eiusdẽ possessoris. In primæ personæ possessiuis. possessiuũ primæ personæ intelligitur: quod spectat in intellectu ad primam personam non quod ipsum sit primæ: ut meus cuius uocandi casus. statim de tertia i secundam per apostrophã transit: licet a possessiuo descendat. quod protulit pronomen primæ. Hoc autem interest primitiui pronominis & deriuati in possidendo differentia nota est. quippe deriuatum rem possessam denotat cum possessore. siquidem: ut polo superius patet. ad possessorem in eo semper relatio fit: si uerbo præsertim substantiuo constructa loquela fuerit: ut tuus sum familiaris. primitiuo autem mera possidentis significatio constat. Possessor simul & possessio intransitiue. quod necesse esset utrunque esse eiusdem personæ: quod fieri non est. Euripides tamen ego sum meus dixit: hoc est nemini obnexus. Ad ipsarum possessionum actum uel passionem. ut meus filius. Intelligatur. scilicet actus. Hoc autem uidetur schematicũ. & latine factum, ut latius post

ego tuus pater doceo: & tu Vir. doces: ego priscianus doceor. In eis enim constructionibus uerba quae non substantiam significant ad ipsas possessiones: non ad possessores pertinent: idest quando nominatiuis possessiuorum adiunguntur uerba. Sin autem in una eademque persona uerborum obliquo coniungatur pronominis casui, necesse est reciprocationem: idest sui passionem fieri: & eandem personam agere aliquid in se simul: & a se pati: ut misereor mei: inuideo mihi: inculo me. ¶ Et sciendum quod graeci quidem compositis utuntur pronominibus in sui passione: idest ἰδιοπαθείᾳ: ut ἐμαυτὸν διδάσκω: σαυτὸν διδάσκεις: ἑαυτὸν διδάσκει. Hoc idem etiam in possessionem transitione facta a possessore faciunt: idest genitiuo composito primitiui pronominis utuntur, pro obliquo possessionis: ut τὸν ἐμαυτοῦ ἵππον ἀντιποιοῦμαι. τὸν σαυτοῦ δοῦλον τύπτεις. τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν παιδεύει. Pro his autem omnibus latini simplicibus utuntur pronominibus: Homerum sequentes: qui simplicibus ubique etiam pro compositis utitur pronominibus: ut mei misereor: & mei filii misereor: mihi noceo: & meo filio noceo: me accuso: & mei filium accuso. Saepe tamen etiam in reciprocationibus solemus uti assumentibus syllabas pronominibus: quibus discretionis quoque causa utimur: ut mihimet inuideo: tibimetipsi noces: sibimetipsi prodest. Illud quoque notandum quod possessiua pronomina primae & secundae personae, siue possessoris sui: siue extrinsecus personis, bene copulantur: tam agentia quam patientia: siue in seipsa reflectantur: idest reciprocentur: ut meus filius uel tuus diligit me: diligit te: diligit illum: diligit se: filium meum uel tuum diligo ego: diligis tu: diligit ille. Tertiae uero personae possessiuum, sine uoce altera significante possessorem, non potest adiungi alii personae per se. Si enim dicam suus seruus ministret tibi, uel sibi: soloecismum facio: quia in possessiuo primae & secundae personae: sicut ostendimus recte construitur cum quacunque persona copuletur. Nec mirum, cum primae & secundae personae possessiua, finitas habeant possessorum personas: quippe in unicis uocibus primitiuorum constitutas: & demonstratiuis. Tertiae uero personae possessiuum, non solum ad omnes uoces pronominum tertiae personae: uerum etiam ad omnes personas nominum potest referri: ut suus istius, illius, ipsius hominis: sine quibus additis perfectum sensum non habet. Idem fit etiam per obliquos casus: ille uel iste: uel homo, suae opis indiget: suo filio parcit: suum morem sequitur. Nec mirum hoc fieri in tertiae personae possessiuo: cum uim genitiui possideat sui primitiui: quod uel reciprocum est. i. sui passium ἰδιοπαθὲς: uel retransitiuum: in quo necesse est prius personae tertiae significationem uoce aliqua fieri: ad quam iste genitiuus uel reliqui eius casus referantur: ut ille sui miseretur: ille sibi donat. Vir. se celebrat. Et pro composito graeco ἑαυτοῦ: ut diximus accipitur: quod apud graecos in tribus quidem inuenitur personis: & uel in se reflectit actum suum: uel in possessionem suam. ἐμαυτοῦ κήδομαι: καὶ τοῦ ἐμαυτοῦ δούλου κήδομαι, σαυτὸν τύπτεις, καὶ τὸν σαυτοῦ δοῦλον

& fusius per ipsum auctorem explicabitur. ¶ In sui passione, quam uocant idiopathiam: ut me ipsum doceo: teipsum doces: seipsum docet, exempla sunt Apollonii commodato ab auctore accepta. ¶ Hoc etiam in possessionem, quando possessor in possessionem recurrit: ut filium mei castigo: tui seruum uerberas: filium tui erudis. Discretionis causa. syllabicae additionis extum recipientibus pronominibus differentia facit: ut saepius utamur. Sunt autem me. se. te. quae in suam cuiusque: & non in aliam sese colligunt positionem. gratia exempli. tibimet ipsi noces: idest tu solus recipis: & non alius a te iniuriam & nocumentum. Volunt autem nonnulli hoc effici per figuram, quam uocant tautologiam. Personae primae & secundae: idest: quae a pronominibus primae & secundae torquentur: qualia meus & tuus. Siue possessoris sui: ut filius meus uel tuus me uel te diligit: siue possessoris sui ad hoc pertinet exemplum.

Siue extrinsecus. ubi possessio aliena est. filium meum ille diligit. uel melius sic intelligitur. possessiuum pronomen prima & secunda persona apte struitur cum suo primitiuo. ut ego diligo filium meum: & extrinsecus: me diligit filius meus. possessiuum autem pronomen tertiae non quadrat cum prima nec cum secunda pronominis primitiui ut suus seruus tibi seruit aut mihi seruit. tertia cum altera apte ut suus illi seruus seruit. Cum uim genitiui possideat sui hoc pronomen reciproce ponitur siue retransitiue & propterea eleganter graeca appellatione idiopathes. i. sui ipsius passiuum nuncupatur quod illi per compositionem exprimunt ea sui ipsius tan

τυττειο. ἑαυτῷ ξαρίζεται. και τῷ ἑαυτοῦ ἀκροατῃ χαρίζεται. Igitur apud latinos supradictorum compositorum pronominum, nisi in tertia non habemus significationem personæ: idest sui sibi a se. Ideoque etiam nominatiuo caret: quomodo supradicta apud græcos composita: & illi quidem siue ἰδιοπάθεια sit, idest reciprocatio, uel sui passio; siue in possessiua transitio fiat, utũtur supradictis compositis: ut ostendimus. Nos uero primitiui quidem sui sibi se a se, uel per reciprocationẽ; ut sui potitur: sibi indulget. Vel per transitionem ut hortat me ille, ut sui potiar: rogat te ille ut sui idulgeas. Possessiuis uero, cum in ea possessiuorum fiat transitio: ut sui serui miseretur: & suo seruo prodest: & suum seruũ diligit. Nec aliter tamen potest supradictum possessiuum tertiæ personæ construi cum aliis extrisecus personis, nisi per transitionem: quomodo & primitiuum eius: nisi prius a possessore eius proficiscatur in aliam uerbi personam. Et sic ab illa rursus ad passionem tertiæ, sicut & ad se: ut rogat me ille ut suus seruus ministret mihi uel tibi: precatur, ut sui patris miserear: petit te: ut suo profis filio. obsecrat Cicero Varrõem, ut suum erudiat natum. Et notandum: q cum a tertia in tertiam fit retransitio personarum: in dubium uenit possessio: ad quam pertinet earum: ut rogat illum ne suo noceat filio. Ambiguum est, cuius suo filio: istius, an illius est rogantis: an eius qui rogatur: quomodo & apud græcos: παρακαλεῖ πλάτων ἀριστοτέλην, τὸν ἑαυτοῦ φίλον παιδεύειν: dubiũ fit, utrum Platonis: an aristotelis suum.

De secũda differentia pronominum possessiuorum tertiæ personæ, ad alia possessiua.

Omnium possessiuorum: tam nominum q pronominum per quẽcunq; casum prolatorum loco, licet genitiuis uti primitiuorum: ut Euandri filius: p Euandrius filius: & Euandri filii: p Euandrii filii: & Euandri filio, pro Euandrio filio: & Euandri filium pro Euandrium filium: & Euandri fili pro Euandrie fili: & ab Euandri filio pro Euandrio filio. Similiter per omnes casus tam singulares q pluralis: licet tam pronominibus q nominibus uti. Itaq; licet genitiuos quorumcunq; casualium cum possessiuis per quencunq; casum plati coniũgere: ut mea causa labora & illorum: meum patrem honora: & Cato nis: tuo patri parce & fratris: tuum imperatorem & cõmilitonum, sequere: & noster & fratris mei pater: sua ille confidit & patris uirtute: similiter figuratur constructio in omnibus possessiuis. Terentius in andria: Meo studio atq; hospitis. Est tamen aliqua differentia ad genitiuum primitiui in possessiuo etiam tertiæ psonæ: cuius nominatiuo tũc utimur: quando ad suum possesiorem possessio transitionem facit, & non ad alium: ut indiget illius uel ciceronis, suus filius: præstat illi uel Ciceroni suus filius: uidet illum uel Ciceronem suus filius: bene meretur de illo uel de Cicerone suus filius. Similiter passiua quæ a possessore solo nominatiuum possessionis exigunt. ut amatur ab illo uel a Cicerone suus filius. Necnõ tamẽ tã noĩatiuo q aliis casibus possessiuis licet uti: cũ possessorẽ ostẽdimus extrinsecus facientem transitionem ad aliquã aliã psonam: pro sua possessione: ut rogat me ille: ut suus legat apud me filius: & ut suus doceat a me filius: & sui miserear filii: & ut suo donẽ filio: & ut suũ

reciproce q cum possessione. ut mei curam gero & mei serui curam gero. te ipsum uerberas & tui seruum uerberas sibi ipsi gratificatur & sui ipsius auditori gratificatur. reciproce autẽ & retransitione differunt q reciprocatio ad se ipsum transitio ad se ipsum per alium pertinet. Quomodo & primitiuũ eius quod est sui tertiæ autẽ personæ pronomen, ad tertiam possessiui transitus & obductus atq; icet tus. ut rogat Plato Aristotelem sui amicum ut erudiat: dubium est utri us amicum accipias.

Omniũ possessiuorũ. Quõ struantur possessiua pronomina cuiusque personæ graphice docuit: & adamussim nunc aperit alias difficultates quæ non parui sunt momenti: & q bus impugnatur a pluri mis. præcipit possessiua nomina & pronomina in genitiuos casus resolui debere primitiuorũ suorum. si prius ita posita fuerint mox genitiuo primitiui utendum esse pro ipso possessiuo in quocũ que casu: id quod aperit statim exemplis. Itẽ possessiuo pronomini i quocunq; casu adiungi posse genitiuum primitiui: ut apud Teren. i and. meo studio atque hospitis. postremo probat exemplo xenophontis atq; demosthenis huiusmodi structure usum fuisse atticis per quam peculiarem.

Cuius nominatiuo tũc utimur. quotiens transitus fit a possessione i possessorem constituenda ẽ ipsa possessio cum suo p nomine i casu recto tã i actiuis q passiuis: ut Cæsarem seruat suus miles a Cæsare seruat suus mi les. Possessorem extri secus faciẽtem. nõ ad se

sequat filium: & ut suo potiar filio: cum in possessiuis primæ & secundæ personæ: licet etiam non possidentes construere sic: accusas meum filium: misereor tui filii: inuidet ille meo filio. ¶ Discretionis quoq; causa uel abundātiæ, solet cū genitiuo possessoris addi nominatiuus possessiui: ut suus est homeri mos: intelligitur nō alterius: & suus Ciceronis filius, hæres est patris constitutus: suus dicitur ad discretionem illius: qui secundum legem suus non est. Idest sub potestate patris legitimi non est. q autem suus pro uniuscuiusque proprio accipitur: confirmat Virgilius in georgicis: Molles sua thura sabæi. Terentius i phormione. Quot homines, tot sensus: suus cuiq; mos est. Si aūt in possessionem fit a possessore trāsitio, obliquis possessiui utunt: ut Cicero miseretur filii sui: præbet suo filio: aspicit suum filium: potitur suo filio. ¶ Si extrinsecus fit trāsitus in possessionem: tertiæ personæ, sufficit genitiuo uti ipsius possessoris: ut misereor filii Ciceronis: accuso filiū Ciceronis: potior filio Ciceronis. Licet tamē addere etiam possessiui casus consequentes: uel discretionis causa: uel abundantiæ: ut egeo ingenio sui Ciceronis: benedico ingenio sui Ciceronis & similia. Illud quoque sciendū q cum in aliis possessiuis liceat genitiuo uti primitiuo p omni eorum casu: quod ostendimus. In hoc quoq; possessiuo pronomine tertiæ personæ quomodo in aliis: tunc utimur: cum ipse possessor aliquid agat in possessionem suam; & cum in aliam personam trāsitum ostēdatur facere pro sua possessiōe: ut amat ille suum filium: & amat ille sui filiū. benedicit filio suo: & benedicit sui filio. petitur a me ut prosim suo filio, & ut prosim sui filio. ¶ Si ipsa tamē possessio i possessorem facit transitionē: non est congruum uti primitiui genitiuo p possessiuo: quia uim habet: compositi græci. ut Ciceroni reddit sui filius: nō satis cōmode pro hoc dicitur Ciceroni reddit suus filius: nec Cicerōem laudat sui filius pro su⁹ filius: & similia: quia nec apud nos: nec apud græcos bene dicitur. κικερωνα φιλει ο εαυτου υιος. nisi more attico pro simplici accipiatur. Et sciendum q primitiuum eius tam singulare q̄ plurale est: licet in possessiuo: & unum & plures possessores eius intelligere pro significatione genitiui ad possessorem pertinentis: ut suus illius filius: & suus illorum. Nec etiam mirꝫ si p retrāsitionem Romani utuntur his p̄noibus. i. sui sibi se a se: & eius possessiuo, ut ostendimus. Nec nō si ad coniunctionem sui etiam in alias personas aliqd agat: ut uocat me ad se: ducit te secum: & trahit oīa i se: uel cū trāsitū fit in aliquos etiam sibi coniunctos: ut ille miseret eorum qui secum uiuunt, uel sibi parentum; uel secum degentium: dat sibi fauentibus: incusat secum certantes: iuuidet se indigentibus. ¶ Et uidentur hæc omnia possessiuorum uim habere & similia nec incongrue uidentur huiuscemodi constructionem habuisse: cum attici quoque soleant compositis in huiuscemodi uti constructionibus. Xenophon απομνημονευμάτων primo ἀλλα σωκράτης ἔφη ὁ κατήγορος τοὺς πατέρας προπηλακίζειν ἐδίδασκε πείθων μὲν τοὺς συνόντας αὐτῷ σοφωτέρους ποιεῖν τῶν πατέρων. Idem in eodem ἀλλὰ σωκράτης ἔφη ὁ κατήγορος οὐ μόνον τοὺς πατέρας ἀλλὰ καὶ τοὺς συγγενεῖς ἐποίει ἐν ἀτιμίᾳ εἶναι παρὰ τοῖς ἑαυτῷ συνοῦσι. Demo-

prohibeat: ut ne quando ουκ significat grauatur: quando uero μηδαμῶς circumflectitur. Sic quando similitudinis est circumflectitur: quãdo uetantis grauatur: ut Sic tua cirneas fugiant examina taxos. Di. dudũ: quæ pars orationis est? Ma. aduerbium temporis. & est sciendum q utrunq idest iam & dudũ: non solũ de præterito tempore dicit: sed etiam de futuro: iam dudum sumite pœnas. quomodo etiã quãdo aliquando olim unquam. hæc omnia tam præteritum q̃ futurum possunt significare: & putant quidam dudum quasi diudum dici. hæc enim syllaba idest dum solet explicatiua inueniri: ut quidum: agedum: adesdum. Disci. saucia quæ pars est? Mag. nomen. Disci. quale? Mag. appellatiuum: speciei deriuatiuæ siue participialis. Nam a participio sauciatus nascitur saucius: quomodo a lassatus lassus: a laceratus lacerus & lacer. Sic enim Ouidius sexto metamor. Disci. cura quæ pars est? Mag. nomen. Disci. quale? Magi. appellatiuum ipsius rei. potest tamen & de alia re intelligi. Scimus enim quia Virgilius apud inferos inter monstra habitantia in faucibus inferorum ponit etiam curas quasi deas aliquas: ut ultrices posuere cubilia curæ: & quęritur utrum uerbum ex re: an res ex uerbo nascantur: & potius antecedit uerbi actus in hoc nomine quia sine re esse non potest. nec enim cursus intelligi potest sine currente: nec cogitatio sine cogitante: sic ergo nec cura sine curante: uidetur ergo esse deriuatiuum uerbale a uerbo curo curas curat. Disci. dic nomina deriuatiua ex eo? Mag. curiosus curiculus curator curatio curatura curia curialis. Composita securus: obscurus: tricurium: & quidam putant ab eo curam dici q cor urat uel agitet.

i Nterea medium æneas iam classe tenebat. Di. quot cæsuras habet? Ma. semiseptenariam: ut Interea medium æneas. Di. quot figurarum? Ma. decem habet enim tres dactylos: & duos spõdeos. Di. tracta singulos pedes? Magi. Interea midi æneas iam classete nebat. Dis. quot partes orationis habet hic uersus. Mag. septem: nomina tria: medium æneas classe. uerbum unum: tenebat. duo aduerbia: interea & iam. Discipu. interea quæ pars orationis est? Mag. aduerbium. Disci. cuius significationis. Magi. temporis. potest tamen & loci esse: speciei deriuatiuæ. ab inter enim deriuatur inter: ex quo hoc aduerbium componitur ex integro & corrupto interea. Ideo autem corruptum dicimus ea: quia cum sit neutrum plurale quia debuit corripi: sed factum est aduerbium producit a. In omni enim aduerbio cum sit finalis a. producitur: excepto ita potest tamen ablatiuus intelligi singularis: qui in compositione solet huiuscemodi inueniri: ut quocirca: quapropter. Di. medium quæ pars orationis est? Magi. nomen. Di. quid est nomen. Magi. secundum donatum pars orationis cum casu corpus aut rem proprie communiter ue significans secundum Apollonium: pars orationis: quæ singularum corporalium rerum: uel incorporalium subiectorum qualitatem propriam uel communem manifestat. Di. quot accidunt nomini? Ma. sex: qualitas: species: genus: numerus: figura: casus. Nam comparatio generale accidens non est. Di. quale est hoc nomen? Ma. appellatiuum. Dis. cuius speciei. Mag. adiectiuæ. est tamen ad aliquid & mobile. & uidetur etiam deriuatiuum esse modo; hoc est mẽsura, unde est & modus &

Ad aliquid. quod sine intellectu eius addicitur proferri nõ põt: sicut de substãtiuo & dicitur.

differentiæ causa medius mutat o. in e. uel a græco dictum est μέσοσ
medium. Sciendum tamen q̃ omnia adiectiua appellatiuorum in us desi-
nentia mobilia sunt: excepto uetus ueteris: quod antiquissimi ueter dice
cebant. Disci. cuius generis? Magi. neutri. Disc. dici masculinum. Mag.
medius: ex quo fit media medium. Omnia enim tam in us q̃ in er desi-
nentia adiectiua si sint secundæ declinationis: cum apud græcos cõmu-
nia: uel mobilia inueniantur: sine dubio mobilia sunt. τοχηροσ τυχη-
ρα τυχηρον: hic fortunatus: hæc fortunata: hoc fortunatum αγαθοσ
αγαθη αγατον: bonus bona bonum: ονυι οφοροσ η ηηηοφοροσ και
τον ηιοφορον: armiger armigera armigerum. οι. ιεροσ ιον: sacer sacra
sacrum. Disci. cuius numeri? Magi. singalaris: figuræ simplicis: casus ac
cusatiui. tenebat enim uerbum accusatiuum exigit: & tamen in omnibus
neutris idem casus nominatiuus accusatiuus & uocatiuus est. Disci. cu-
ius declinationis? Magi. secundæ. omnia enim in on desinentia secundæ
sunt declinationis. Disci. fac ab eo deriuatiuum. Magi. medietas medio-
cris meditullium. Medicus quoq; uidetur inde dictus: quia temperan-
tia medium est inæqualitatis: quæ solet fieri ex contrariis elementis. Me
diastinus quoq; inde uidetur componi: quia medias partes balnei tenet:
hoc est in medio lauantium stat: mediterraneus: & mediana: & mediani
mal. aduerbium medie. uerbum ab eo compositum dimidio dimidias:
inde dimidiatus. Disci. æneas quæ pars est. Magi. nomen proprie quali-
tatis: speciei primitiuæ: generis masculini: numeri singularis: figuræ sim
plicis: casus nominatiui: declinationis primæ. Discipu. quare? Ma. quia
omnia græca in as desinentia: si apud illos in oy diphthongum efficiunt
genitiuus apud nos sine dubio sunt primæ mutata oy in æ ut αινειασ αι
νειου æneas æneæ. antiqui tamen huiuscemodi nomina absque s. solebãt
proferre: quod Terentius ubi facit sosia byrrhia. Iuuenalis. Ceu marsia
uictus. Disci. fac ab eo quod est æneas deriuatiuum. Magi. possessiuum
æneus ænea æneum. Et secundum Apuleium æneitus æneica æneicũ.
In epithomis historiarum. Aeneica gens patronymicum æneades secun
dum analogiam. Nam in as uel in es desinentia si faciunt in cy geniti-
uum græcum in ades faciunt patronymica. Itaque hoc usus ubique est
poeta Aeneadæ in ferrum pro libertate ruebant defessi æneadæ. In uno
tamen loco auctoritate poetica æneides dixit. Sit satis æneidæ telis im-
pune numanum oppetiisse tuis: quasi ab æneus nominatiuo: sicut a pe-
leus pelides. Vnde in poemate suo æneis inscripsit: quod est fœmininũ
æneide: q̃ per sineresim æneidem dixit: sicut pelides pro peleides. Cæ-
terum secundum analogiam ab æneadæ æneadas æneadis debeat dici.
Disci. iam quę pars orationis est. Magi. aduerbium temporis: speciei pri
mitiuæ: figuræ simplicis. Disci. quem accentum recipit. Mag. per se acui
tur: in uersu autem grauatur: nisi encliticum ei adiungat: ut iamq; tunc
enim acuitur. Discipulus. Classis quæ pars orationis est? Magister. No
men appellatiuum: speciei deriuatiuæ secundum quosdam. quidam au
tem inde deriuatum esse putant ὀπὸ τῶν κᾰλων. Est autem omonymũ
uel uniuocũ. nã plura significat: & nauiũ multitudinem: & hominũ col
legia quæ συλλογον uocãt græci: & æquitum ordines. Discipulus. Fac

Meditullii. locus est meditatiõis & exercitii a meditor detortum. est autẽ meditor quasi me dio animo uerso: idest cogito. Plautus: prius ipse mecũ uolo hic meditari.

deriuatiuum. Ma. classicus classica classicũ. sonitus tubarũ classica inde nominãtur: qa classes equitum ordines uocant: ut dictum est qui maxime utuntur tubis. Di. tenebant quæ pars est? Ma. uerbum. Di. uerbũ quid est? Ma. secũdum donatum: ut supra dixi. secũdum alios uero ps orationis cum tempore & modis sine casu actionẽ siue passionem significans. Nõ enim omnia uerba personas habent: ut infinita: & impersonalia & gerundia. oportet autem diffinitiones generales esse. Di. qualitas uerborum in quo est? Ma. i modis & formis generis siue significatiõis actiuæ. Di. declina. Ma. Indicatiuo mõ teneo. præterito ĩpfecto tenebã. pterito pfecto tenui. pterito plusq̃pfecto tenueram. futuro tenebo. Impatiuo modo tpe pſenti ad secũdam & tertiã psonam tene teneat: tenete teneant. futuro teneto tu teneto ille: teneamus tenetote: teneant uel nẽto Optatiuo modo tpe præsenti: & præterito imperfecto utinam tenerem. præterito perfecto & plusq̃perfecto utinam tenuissem. futuro utinam teneam. Coniunctiuo modo tempore præsenti cum teneã. præterito imperfecto cũ tenerem præterito perfecto cum tenuerim. pterito plusq̃perfecto cũ tenuissem. futuro cũ tenuero. Infinitiuo modo numeris & personis tẽpore præsenti: & præterito imperfecto tenere. præterito perfecto & plusq̃perfecto tenuisse. futuro tẽtum ire uel tenturũ esse. dicitur tamen & a tendo tendis tentum ire: sed in illo etiã tensum possumus dicere. In hoc autem tentum ire dũtaxat & similiter in omnibus quæ per huiuscemodi uoces participales proferunt̃. Sunt aũt supina duo: & infinitiuũ futuri: necnon præteritũ in passiuis & ĩfinitiuis ĩpersonaliũ quæ similia sunt passiuis: tentum esset uel fuisset: & tẽtũ eẽ uel fuisse. & tẽtum iri: uel tensum iri. Di. quæ differentia est inter finita passiui & impersonalis? Ma. qa passiuum uerbo eget tantũmodo: ut amari uolo. ostendo enim me pati uelle aliquid ab alio. Impersonalis enim non solum uerbo: utpote infinitum: sed etiam certa aliqua persona: siue p pronomen siue per nomen eget: utpote ĩpersonale. Si enim dicã amari a me uolo: pro amare accipit̃ quod est actiuum. Impersonale autem semp actiuã uim habet. Gerundia tenẽdi tenẽdo tenendum: tentum tentu. Participia ueniunt a uerbo actiuo duo: pſentis tẽporis & futuri. præsentis tenens: futuri tẽturus. Di. declina etiã passiuũ. Ma. Indicatiuo modo tempore præsenti teneor. præterito ĩperfecto tenebar. præterito perfecto tentus sum uel fui. præterito plusq̃perfecto tentus eram uel fueram. futuro tenebor. Imperatiuo modo tempore præsenti ad secundã & tertiã psonam tenere teneatur: teneamur. mi. antur. futuro tenetor tu tenetor ille: teneamur. tor. tor. Optatiuo modo tempore pſenti: & præterito ĩpfecto utinam tenerer. præterito perfecto & plusq̃perfecto utinã tẽtus essem uel fuissem. futuro utinam tenear. Subiũctiuo modo tempore præsenti cum tenear. præterito imperfecto cum tenerer. præterito perfecto cum tentus sim uel fuerim. præterito plusq̃perfecto cũ tentus essem uel fuissem. futuro cum tentus ero uel fuero. Infinitiuo modo teneri. tẽtum esse uel fuisse: tẽtum iri. Participia duo: præteriti tentus: futuri tenendus. nomen uerbale tentor: fœmininum tentrix: ipsa res tentio. Disci. cur teneo tenui: & teneor tentus sum? Magi. quia omnia in eo desinentia sic faciunt prætetitum: ut moneo monui: moneor monitus sum: seneo senui. Excepto maneo mansi: & mãsus sũ: & neo neui & nat9 sum.

Ic fatur lachrymans classisq; immittit habenas Disci. dic cæsuras. Magi. semiquinariam & semiseptenariam. Sic fatur lachrymans classi. Disci. quot figurarum est hic uersus? Magi. decem Di. cur? Magi. quia habet duos dactylos & tres spondeos. Di. tracta singulos pedes? Ma. Sicfa turlachry mãsclassiquim mittitha benas. Di. quot partes orationis habet hic uersus? Ma. septem: nomina duo: classi habenas. uerba duo: fat̃ ĩmittit. participiũ unum: lachrymans. aduerbiũ unum sic: & coniunctionem q;. Di. sic quæ pars orõnis ẽ. Ma. aduerbiũ significationis similitudinis: & speciei primitiuæ: figuræ simplicis. Et est sciendum q; oĩa in c desinent a producunt̃: excepto donec. nam nec inter coniunctiones ponunt Di. quẽ accentum habet? Ma. circunflexum: nisi iu andi. tunc enim grauatur: ut apud Virgilium. Sic tua cirneas fugiant examina taxos. Sic quando ut uel uti subiungitur ei: ut sic dixit sicuti iussit. Disci. fatur quæ pars est? Magi. uerbum: modi indicatiui: formæ perfectæ: coniugationis primæ

generis uel significationis deponentis: numeri singularis: figuræ simplicis: temporis præsenti: personæ tertiæ. Di. declina. Ma. Indicatiuo for faris fatur fatus sum uel fui: fatus eram uel fueram. fabor. Imperatiuo modo tpe præsenti fare fetur. famini fentur. Nam in prima coniugatione. Imperatiuo modo secũda persona habet penultimã a. tertia uero e: quã seruat prima & tertia pluralis persona. nã secunda indicatiuũ sequitur suum in omni coniugatiõe: amate, amet̃: amemur amemini amentur. in secunda uero coniugatione secunda quidẽ persona productam habet penultimam. Tertia autem a post e: ut docere doceat̃: quam seruat prima & tertia pluralis: ut doceamur doceamini doceant̃. In tertia uero coniugatione e correptam habet penultimam secunda psona: ut legere. tertia uero a. quam seruat prima & tertia pluralis: ut legere legat̃. legamur legimini legant̃. In quarta uero i. penultimã hẽt pductã: ut munire. tertia uero persona a. post i. quã seruat prima & tertia pluralis: ut muniat̃ muniamur munimini: muniantur. sed hæc in regulis uerbalibus latius tractata inuenies. Futuro fator tu fator ille faminor fantor. Optatiuo modo utinam farer. Præterito perfecto & plusq̃ perfecto fatus essem uel fuissem. Futuro utinam fer. Subiunctiuo modo tpe p̃senti cum fer. Præterito impfecto cum farer. Præterito perfecto cum fatus sim uel fuerim. Præterito plusq̃perfecto cũ fatus essem uel fuissem. Futuro cum fatus ero uel fuero. Infinitiuo modo tempore præsenti fari. Præterito perfecto & plusq̃perfecto fatum esse uel fuisse. futuro fatum iri. Participia ueniunt a uerbo deponenti tria. præsens præteritum & futurum. præsens fans. unde infans q̃ loqui non potest. præteritũ fatus fata fatum. futurum faturus fatura faturum. Et sciendum q̃ in omni uerbo quod habet participium præteriti temporis ex hoc per interpositionem ru facimus futurum: ut amatus amaturus: doctus docturus: dictus dicturus. exceptis pauris: mortuus moriturus in quo: s̃m analogiam præteritum debuit esse moritus. Nullum enim participium ri geminat. Similiter orior ortus oriturus: pro orturus. partus pariturus. erutus. eruitur⁹. cassus cariturus. sed hoc quoque in regulis uerborum planius tractauimus. Disci. cur impersonale non habet hoc uerbum? Magi. quia nullum in or desinens generat impersonale. idest nec passiuum: nec deponens: nec cõmune: excepto uno misereor: quod miseret facit impersonale ex contrario illorum: quæ ex actiuis: uel neutris nascuntur. Nam plæt aq̃ illorum uel magis omnia: exceptis paucis passiuam habent declinationem tertiarum personarum: ut statur: amatur: quiescitur: itur. Excepta uero sunt contingo contingit: placeo placet: euenio euenit: & uaco uacat: & iuuo iuuat. In quibus tertiæ similes sunt actiuæ psonæ uel neutrali impersonalium. Nam pœnitet: piget: tedet: pudet: licet: libet posita sunt: q̃uis libeo liceo dicatur: sed alterius sunt significationis. libeo enim. g. liceo uel licor. g. significant. antiquissimi tamen & pœniteo: & pudeo: & pigeo: & misereo dicebant. Nomen participiale uel uerbale fandus fanda fandum. Plæraq; enim uerba etiam si participia futura passiua non habent: nomina tamen huiuscemodi formæ plæraq; habere inueniuntur. Præterita quoq; plæraq; participia in tus desinunt: & mutant tus in tor: & faciunt nomen uerbale: ut amatus amator: doctus doctor: lectus lector: auditus auditor: sic ergo fatus fator possum⁹ dicere. Antiqui tamen etiam passiue proferebant fatus pro dictus dicẽtes. fatum dictum & uisum dei. Idem enim esse dicit Plato fatum uoluntatem: & uisionem dei. Disci. fac compositum ab eo quod est for faris? Magi. affor affaris affatur apud Virgilium: Affaturq; deos & sanctum sydus adorat. Et sciendum

Fatum. Chrysippus stoice princeps phiæ finit sic. Fatũ ẽ sempiterna quædã & ĩdeclinabilis series rerum: & catena uoluens semetipsa sese: & implicans p æternos consequens ordines ex quibus apta connexaque ẽ: ex quibus uerbis colligitur p obstrepẽtes aliorũ auctorum opiniones. propterea nocentium pœnas legibus inq; constitutas. si homines ad maleficia non sponte ueniunt: sed fato trahuntur.

q; rarissime simplicis prima persona nõ inuenit̃ i usu for: quomodo & a do dor. Ipsa
res fatus & fatio & fatum. Inde putant quidam etiam fas & nefas dictum: quod iu
stum est dici uel taceri: ex quo fasti & nefasti dies & fasti αποφραδεσ. Di. cur. parti
ticipium huius uerbi præterito tempore a habet ante tus? Ma. qa oĩa quæ in aui faci
unt præteritũ in actiuis: & oĩa cõmunia & deponentia primæ coniugationis i atus a
penultima producta præteritum participii faciunt: ut amo amaui amatus. accuso
accusaui accusatus: luctor luctatus: osculor osculatus: criminor criminatus. Dis. la
chrymans quæ pars orationis est? Mag. participium. Di. quid est participium. Ma.
pars orationis partem capiens nominis partẽq; uerbi. Dis. participio quot accidũt?
Mag. septem. Di. quæ? Ma. genus: numerus: figura: casus: tempus: significatio: for
ma. Di. cuius generis? Magi. cõmunis trium generum. Omnia enim participia præ
sentis temporis trium generum sunt: ut in duas desinunt consonantes n & s. Nam
& si naturaliter quædam ad solos pertinent mares: ut futuo & deuirgino: uel ad fœ
minas: ut futuor: nubo: deuirginor. Possumus tamen in alterum sexum transferre:
uel figurare: uel per illusionem: uel per epicœnum: ut si dicam: bona anima est: quę
istam uirginem deuirginauit: uel bonus animus: qui illi marito nupsit. Bene igitur
dicit q; omnia uerba & participia apta sunt ad omne genus dici. Disci. cuius casus?
Ma. nominatiui in hoc loco. potest esse tamen & uocatiui. Omnia enim nomina: si
ue participia nominatiuum & uocatiuum similem habẽt: exceptis græcis & in us de
finentibus secundæ declinationis: cuius propriæ si ante us hi habuerint: abiecta us
uocatiuum in i faciunt: ut Virgilius uirgili: Terentius terenti. Alia uero in e conuer
tentia faciunt uocatiuum: ut turnus turne: socius socie: myrtus myrte: Virgilius in
buccolicis: Et uos o lauri carpam & te proxima myrte. potest tamen etiam iuen iri
in huiuscemodi sæpe euphoniæ uel metri causa nominatiuum pro uocatiuo positũ:
ut Lucanus. Degener o populus uix sæcula longa deorum: populus pro popule po
suit. & Virgilius: Corniger hespidum fluuius regnator aquarum: fluuius p̃ fluuie
posuit. Disci. cuius est temporis. Magi. præsentis. nulla enim participia in duas con
sonantes desinentia temporis præteriti uel futuri inueniuntur. Sciendum autem q;
quomodo participia præteriti temporis coniuncta cum uerbis temporis præsentis
præteriti temporis significant: ut lectus sum es est. sic participia præsentis si coniun
gantur uerbis præteriti temporis loco præteriti temporis accipiuntur: ut amans: fe
ci: studens: legi. Disci. cuius significationis? Ma. actiuæ. nascitur enĩ a uerbo lachry
mo lachrymas lachrymat: cuius actiuum uim passiuam. passiuum uim actiuã ui-
detur habere. Nam patitur dolorem qui lachrymat: & facit qui lachrymatur. Mul
ta tamen similia inueniuntur: ut lugeo & lugeor: ploro & ploror. formas suorũ uer
borum: uel species habent participia: ut lecturio lecturiens: feruesco feruescens: cur
so cursans: cursito cursitãs. Disc. cuius est numeri? Magi. singularis simplicis. Disc.
cui casui adiungit̃. Magi. accusatiuo: ut lachrymans illum. Necesse est enim omnia
participia his casibus adiungi: quibus & uerba ex quibus nascuntur: ut lachrymo il
lum: lachrymans illum: inuideo tibi: inuidens tibi: misereor tui: miserens tui. Nam
si in alium casum transeat perdunt uim participii: & ad nomina transferuntur: ut si
dicam amans illum: participium est: quia & amo illum dicimus. Sin autem amãs
illius nomen est: quod significat αγαπητοσ εκεινου. Vnde etiam comparationem
accipit amantior amantissimus. Similiter timens illum & timens illi: fugiens illum
& fugiens illius: ut Terẽtius in phor. Fugitans litium. Semper tamẽ ex participio
p.t. & tria gerũdia pticipialia solent nasci ablata s & addita di do dũ: ut amãs amã-
di amãdo amãdũ: & participiũ futuri passiuum: lachrymãdus: & lachrymor. & tũ

Amans. nomen est uerbale & patrio casu sociatur: sicut etiam in græcis: ο αγαπητος εκεινου. participium casum uerbi conseruat.

etiã nomẽ ὁ Δακρυτὸσ. Di. declina uerbũ tam actiuũ q̃ passiuũ lachrymo. as. at. lachrymor aris. atur. Di. quotæ ẽ declinatiõis lachrymãs? Ma. tertiæ. Oĩa participia præsentis tpis tertiæ sunt declinationis: utpote in duas desinẽtia cõsonãtes. præteriti uero temporis participia & futuri: cum sint mobilia masculinum & neutrum secundæ habent declinationis fœmininum uero ptimæ: ut hic & hæc & hoc lachrymans lachrymatus lachrymata lachrymatũ: lachrymandus lachrymanda lachrymandũ: lachrymaturus lachrymatura lachrymaturũ. Classis? Mag. de hoc superius sufficienter tractauimus. Di. que quæ pars orationis est? Ma. coniunctio. Di. quid est coniunctio? Ma. pars orationis annectens ordinansq; sententias. Di. quot accidunt cõiunctioni? Ma. tria potestas figura ordo. Di. cuius est potestatis? Ma. copulatiuæ: ordinis post positiui. Est autem encliticũ: & hæc & aliæ coniunctiones: ue: ne. ne uero solet etiã abiecta e encliticam uim possidere: ut i pitrhin tantum. Enclitica que: ue: ne: præpositionibus ante se positis exigunt extremæ syllabæ fastigium: ut propterq; illum interue homines. Di. cuius figuræ? Mag. simplicis. Composita que semper postponitur: ut atq;: quoq;: nãq;. Syllabice quoq; additur io sioe & uim coniunctionis amittit & enclitice: ut undiq;: deniq;. Itaq; quando antepenultima acuto profertur. Vtraq; plæraq; quæritur: cum sint una pars orationis: nec que diuersa: uel p coniunctione accipitur: cur non tertia ab ultimo acutum habuerit. In quo possumus dicere q; accentus masculinorum & neutrorum: qui peoulnmus est acutus: acuit & fœminina i suam legem concidentia. Nec mirum euphoniæ causa hoc in his euenisse: cum in aliis quoq; quibusdam compositorum: hoc idem inueniatur: ut calefacis: tepefacis: suaue: rubens: quæ omnia debent secundum analogiam in antepenultima habere acutum: in penultima tamen habuerit. Di. imittit quæ pars orationis est? Ma. uerbum modi indicatiui: formæ perfectæ. coniugatiõis tertiæ correptæ: generis actiui: numeri singularis: figuræ composite ex integro & corrupto. Nã compositio mutauit n in m: quia sequens uerbum ab m incipit. Solet enim p uel m uel b sequẽte n in m conuerti in compositione: ut compono: committo: immitto: imbuo. Di. cuius temporis? Ma. præsentis. personæ tertiæ. Di. declina. Ma. Indicatiuo modo tempore præsenti immitto imittebam. immisi. immiseram. immittam. Imperatiuo modo tempore præsenti immitte immittat immittamus immittite immittant. Futuro immittito tu immittito ille: immittamus immittote imittunto. Optatiuo modo tempore præsenti: & præterito imperfecto utinam immitterem. imisissem. imittam. Subiunctiuo modo tempore præsenti cum ĩmittam. ĩmitterem. immiserim. imisissem. imisero. Infinitiuo modo imittere. ĩmisisse. Futuro immissum ire uel immissurum esse. Impersonalia imittitur. imittebatur. imissum est uel fuit. ĩmissum erat uel fuerat. immittetur. Imperatiuo imittat͛. imittitor. Optatiuo utinam imitteret͛. imissum esset uel fuisset. imittat͛. Subiunctiuo modo imittat͛. imitteret͛. imissum sit uel fuerit. imissum esset uel fuisset. ĩmissum erit uel fuerit. Infinita ĩmitti imissum esse uel fuisse. imissum iri. Gerundia ĩmittendi ĩmittendo ĩmittendũ. imissum imissu. Participia actiui ĩmittens & imissurus. passiuum imittor ĩmittebar. imissus sum uel fui. imissus eram uel fueram. imittat. Imperatiuo ĩmittere ĩmittat͛. ĩmittamur. imittimini. imittantur. imittitor tu imittitor ille. ĩmittamur. imittiminor. imittuntor. Optatiuo modo utinam ĩmitterer: immissus essem uel fuissem. imittar. Subiũctiuo modo cum ĩmittar imitterer imissus sim uel fuerim. imissus essem uel fuissem. imissus ero uel fuero. Infinita passiua mitti. imissum esse uel fuisse. futuro imissum iri. participia passiua ĩmissus. immittẽdus. Nomen uerbale ĩmissor. ĩmissio ipsa res. Di. cur misi facit præteritũ? Ma. in to desinẽtia uerba e quidem antecedẽte tria sunt: quo quorũ unum in xi facit præteritum perfectum: ut plecto plexi. duo autem in xui: necto nexui: pecto pexui. Sic Asper de uerbo. Charisius uero pexi ptulit. e breui antecedente. in eadem to syllaba terminantia duo inueniuntur: quorum alterũ in ui syllabam: alterũ in ui disiunctas faciunt p̃teritũ: peto petiui: meto messui. Cato in secundo originũ. ordeũ demessuit. Cassius emina in quĩto annaliũ. ubi ordeũ demessuerũt. p antecedẽte unũ ĩuenit͛: inepto ineptui. r antecedẽte duo. uerto uerti: & sterto sterti. t antecedẽte unũ ĩuenit͛:

imitto imisi. Sed antecedentes unũ: sisto steti: quod etiã a sto steti fit. Cum igitur in xi faciunt præteritum perfectum in sum uel in su faciunt: ut læsi: lusi: risi: arsi: læsum læsu: arsum arsu: risum risu. unũ & lesus lusus risus arsus. Di. fac cõposita a uerbo mitto. Magi. amitto: demitto: submitto: committo: admitto: promitto: pmitto: emitto: omitto: remitto. Immissarius remissarius: nascitur & missus: sagitta ab emittendo hic & hæc missilis & hoc missile. Possumus etiam hic & hæc missibilis & hoc missibile dicere: quomõ penetralis & penetrabilis. Di. habenas quæ pars est? Ma. nomẽ. Di. quale? Ma appellatiuum. Di. cuius speciei? Ma. deriuatiuæ. Di. unde deriuatur? Ma. a uerbo habeo: inde etiã aspirationem hẽt: per b. mutam scribitur. Nam auena quæ Δονακόσυλον significatur: & sine aspiratione ẽ: & per u scribitur. est igitur habena cum aspiratione nomen uerbale. Di. cuius generis? Mag. fœminini. Di. cuius numeri? Ma. pluralis: figuræ simplicis: casus accusatiui: declinationis primæ. Di. cur? Ma. quia omnia in a desinentia declinationis primæ sunt exceptis neutris quæ græca sunt: & apud græcos in tos faciunt gtũm apud nos autem os in is conuertentia tertiæ sunt declinationis: ut toreuma toreumatis: schema schematis. Litterarũ uero nomina tam in a q̃ in alias quascunq; litteras desinentia: & apud nos & apud græcos indeclinabilia sunt: ut alpha iotta gãma. Non enim recte donatus digãma posuit. Ab habeo fit habito: habitudo: habitaculum habilis. Composita inhibeo: cohibeo: prohibeo: exhibeo.

TV quoq; littoribus nostris æneia nutrix. Di. quot cæsuras habet? Ma. duas: semiquinariam & semiseptenariam. Tu quoq; littoribus nostris. Di. quot figurarum est? Mag. decem. habet enim tres dactylos & duos spõdeos. Di. tracta singulos pedes? Ma. tu quoq; littoribus nostris æneia nutrix. Di. quot habet partes orationis? Ma. sex: nomina tria: littoribus æneia nutrix. pronomina duo tu nostris coniunctionem quoq;. Di. tracta per singulas partes? Ma. tu quoq;. Di. tu quæ pars est? Ma. pronomẽ. Di. quid est pronomẽ? Ma. pars orationis: quæ pro proprio nomine uniuscuiusq; accipitur: psonasq; finitas recipit. Itẽ aliter: pronomen est pars orationis: quæ pro nomine posita tantundem pene significat: personamq; interdum recipit. Ideo autem dico pene: quia substantiam tamen significat: non tamen etiam qualitatem quomodo nomen. bene igitur uidetur fecisse: qui carentia personis finitis separant a pronominibus. Pronomen proprie q; pro proprio nomine ponitur. Itaq; quia ppria nomina plus aliis omnibus nominibus finita sunt, certam enim aliquam rem significant. Pronomen quoque quod loco proprii nominis accipitur: debet finitas personas habere. Sunt igitur pronomina: de quibus nulla dubitatio est: quindecim: octo primitiua & septem deriuatiua. Primitiua quidem personæ primæ ego: & obliqui casus eiusdem pronominis: secundæ tu: tertiæ uero sex: sui: ille: iste: is: hic: ipse. Deriuatiuæ primæ psonæ: meus: noster: nostras: secundæ: tuus: uester: uestras: tertiæ: suus. hæc tam apud nos q̃ apud græcos pronomina ab omnibus accipiuntur. Cætera quoq; quæ sunt infinita: uel interrogatiua: uel relatiua substantiæ uel qualitatis: uel quantitatis: uel numeri magis nomina dicenda sunt q̃ pronomina substantiæ ĩfinitum uel interrogatiuum: ut qs. relatiuum: ut qui. Infinitum: uel ĩterrogatiuum: uel relatiuum qualitatis: ut qualis. significat enim οποιοσ & penultimo acuto: quod est ĩterrogatiuũ: & ποσοσ ultimo acuto. Infinitum & ποσοσ relatiuũ eius redditiuum talis quãtitatis. Interrogatiuũ: uel ĩfinitum: uel relatiuũ quãtus significat. ο. οποσοσ penultimo acuto: quod est iterrogatiuũ ultimo acuto οποσοσ: quod ẽ relatiuũ. Redditiuũ eius tãtus. Numeri iterrogatiuũ: & ĩfinitũ: & relatiuũ quot.

Immissarius. ab immitto qđ uerbũ modo intromitto: modo ĩ lõgitudinem pducere apđ poetam. Re- spicimus di- ra illuules: in missaque barba: hoc ẽ pro missa: & extẽ- sa. alia præte rea sunt pro- pe innumera ab mitto uer bo declinata atq; detorta uocabula q̃le emissarius ab emitto. locus per quẽ aqua e lacu aut sta gno emittiť: apud Trãq. fecit & emis- sariũ fucini la cus: portum q; hostiẽsem: & emissarius equus ad ge- nituram dici tur: & coitum accommoda tus. Remitto inde remissa rius quod re mittere inter dũ laxare sit: hinc arcũ re- mittere dici- mus. etiã ani mum remittĩ mus ocio na- cantes. quæ- ro enim. inqt Cicero nõ q bus ĩtendam animũ rebus sed quibus re mittã. Inter- dum cõcedo manibus & ci neri: si q̃ ẽ ea cura remitto & retro mit- tere a Plauto Murena acci pit frequens remitti nun- quan.

significat enĩ ποσα penultimo acuto: quod est infinitũ: & ὁ πόσα quod relatiuum eius redditiuũ tot. Deriuatiuũ eius quod est qs: cuius: cuia: cuiũ: & cuias & ab eo qd ẽ: quot: quotus: & quotẽnis: & quotenus. Quibusdã ab eo qd ẽ tot uideť esse totus: sed alia uidetur esse significatio. Hæc tamen nomina prædicta plæriq; latinæ artis scriptorum pronomina esse infinita dixerunt. Nec mirũ cũ didymus quoq; & multi alii uetustissimi græcorum ĩter articulos hæc numerauere. Romani uero cum articulos non habeant ĩter pronomina hæc posuerũt tanta aũt uidetur eẽ cognatio articulorũ & pronominum q stoici in una parte orationis uti ũq; esse putant articulos finitos pronomina dicẽtes: quæ uero grãmatici græcorũ eorũ inter articulos ponunt: illi infinitos dicebant esse articulos. Nec nõ ẽt supradictas dictiones: quas Apollonius herodianusq; & Dionysius inter nomina rationabiliter posuerunt. Hæc aũt latius in libro: qui est de pronomine tractauimus. Sed ut breuiter dicam loco propriorũ nominũ non possunt accipi ea quæ generalia sunt etiã appellatiuorũ quod suũ est pronominũ. Nã dicentes quis: ĩterrogamus de omni substãtia: uel qualis de omni qualitate: uel q̃tus de omni quãntate: uel quot de omni numero. pronomẽ quoq; definitæ alicuius psonę uult esse & rem certã significate. Di. quod accidũt pronomini. Ma. sex species: genus: numerus: figura: psona: & casus. Di. cuius speciei. Ma. primitiuæ. Di. fac ab eo deriuatiuũ. Ma. tuus tua tuũ: & aduerbiũ tuatim: & p κατά σύν τον επέκτασιν. Tuapte te correpta: ut o rite tute tati tibi tãte tyrãne tulisti. Di. cuius generis? Ma. cõis triũ generũ. quõ. n. apud græcos σου νοητόσου triũ sunt cõia generũ: sicut apud nos ego: & tu: mei: tui: sui: Numeri singularis: figuræ simplicis: psonæ secundæ: casus nõiatiui & uocatiui. hic aũt magis ntũs est: cum p apostrophen dicit: quæ exigit ntũm: & cũ quoq; modo cõiunctum qd ad alios ntõs relatum est: ut misenus & palinurus tu quoq;. Di. quoq; quæ pars est. Ma. coniunctio: & accipiť pro &. potest tamẽetiã loco aduerbii ĩueniri hãc dictionẽ positã: ut multa quoq; & bello passus dũ conderet urbem: Hic. n. pro similiter necesse est id accipi cum sequať &. Di. quid est cõiunctio? Ma. pars orõnis annectens ordinãsq; sñiam. Di. quot accidunt coniunctioni? Ma. tria: potestas: ordo: & figura. Di. cuius potestatis? Ma. copulatiuæ. Di. cuius ordinis? Ma. postpositiui. uetustissimi tamen solebant etiam præponere eã figuræ compositæ ex corrupto & integro. quo enim modo corripiť: quod si produceret esset integra pars. Di. quẽ accẽtum habet? Ma. penultimum acutum: omnes fere coniunctiones post positiuæ generalem seruãt accentuum regulã? Di. littoribus quæ pars orationis est? Ma. nomen. Di. quale? Ma. appellatiuũ: generis neutri: numeri pluralis: figuræ simplicis: casus datiui: declinationis tertiæ correptæ. Di. cur? Ma. quia omnia in us desinentia neutra declinationis tertiæ sunt: & in ris faciunt genitiuum. Excipitur pus indeclinabile: & uirus: quod lucretius secundæ posuit declinationis. diri primordia uiri. pelagus uero græcum est: hoc pelagus pelagi: & uulgus uulgi tam masculinum q̃ neutrum. Discipulus. Quot differentias habet penultimam genitiui in ris terminantium? Magister. supradicti casus neutrorum nominum si uerbis adiacent: quæ correptam penultimam habuerint seruant e ante ris genitiui: ut munero munus muneris: uulnero uulnus uulneris: sydero sydus syderis: ex quo componitur consydero & desydero: latero latus lateris: operor opus operis. Si uero monosyllaba sint & producunt u in nominatiuo: & seruant u ante ris genitiui quoque pducunt: ut ius iuris: thus thuris: plus pluris. Si uero sunt comparatiua.

κατὰ σύν τον επέκτασιν per suã ipsius cõtractionem: ut meopte: tuopte suopte & tute: qd patet exẽplo sequẽtis uersus p panomeon figuram sũpti: ubi diuersa uerba ab eisdem litteris ĩcipiunt. Pus ĩuariabile casib9: est autem sanies & quiuis humor conuersus in putredinem: a quo fit purulentum: quod ẽ plenum sanie: & putreo: & putresco: qď est in pus uertor & putris corruptus & solus pari ratione uideť deduci uirus qď ĩtẽ indeclinabile est uenenum uel asperitas odoris potius in adulto ĩ puero nequaq̃ nisi ĩ hirquitallo idest in eo q incipit uirilitatis nectar persentire. Plinius: prodest ungt ad uitus alarum. Idem alio ĩ loco plinius. Signũ est ueris tẽporibus odoris uirus: catacristicos rñ referť ad saporẽ: ut apud eundẽ pliniũ aq̃ marina uetustatem uirus deponit. i. salsediem. medici referunt ad acorẽ & amaritudinem: a Virus declinata uirulentus: & uirosus. Virosasq; pontus. Castorea inquit Maro in georgicis. est. n. foedi & execrandi odoris castoreum: ut eo prægnantes abortiantur.

masculinorum corũdẽ: & fœmininorum sequuntur gtũm. i. o penultimam seruẽt ante ris: ut minor minus minoris: maior maius maioris. Alia uero o correptã habẽt ante ris: ut corpus corporis: pectus pectoris: littus littoris: pignus pignoris: fœnus fœnoris: quis uerba eorum magis e penultimã habẽt: pignero fœnero. Di. fac deriuatiuũ ab eo? Ma. littoreus & littoralis. quidã aũt littus. του λιταινέυω uolũt esse: qa pficiscẽtes & reuertẽtes solent ibi uota concipere & dona litare. Di. quale? Ma. deriuatiuũ uel possessiuũ. Di. noster quæ pars est? Ma. pnomen deriuatiuũ. Di. ex quo casu solent deriuari? Ma ex gtõ: ut nos nostrũ uel nostri noster. Idq; sine dubio ex singulari numero ostendit̃. Ego mei meus: tu tui tuus: sui suus. unde & penultimæ corripiunt̃. Di. cuius generis? Ma. neutri. Sed sciẽdũ q; ois dtũs & ablatiuus pluralis tã i oibus mobilibus q̃ in pnoibus participiis cõis & est triũ generum. Di. cuius numeri? Ma. pluralis figuræ simplicis: casus datiui. Ois aũt datiuus & ablatiuus pluralis similis ẽ: ut dictũ est Di. unde possumus scire differẽtias. Ma. a iunctura & ordinatiõe: idest απο της συνάξεως καὶ τάξεως: quod facile põt sciri ex singularium iunctura: quæ non habet similes datiuũ & abltũm: ut oibus primæ declinationis noibus. & tertiæ in e terminantibus abltũm: & quartæ & qntæ. in his. n. manifeste ostendũt casus differentiã Cum uerbũ igit̃ dedisti sine dubio datiuum exigit: si quod supradictarum declinationũ noium ordines necesse est datiuũ ẽ adiũgere: ut dedisti poetæ uel homini: uel senatui: uel rei. Non licet enĩ nisi dtũm huic uerbo adiungere. Et nota q; quattuor habent etiã declinationũ differentias pnoia. Sũt enĩ quædã quæ tam gtũm q̃ dtũm in i terminant: quæ sunt tria: & cõia trium generum: ut ego mei mihi: tu tui tibi: sui sibi. Sunt quæ gtũm in ius. dtũm uero in i pferũt: quæ sunt cõia triũ generum: ut ille illius illi: ipse ipsius ipsi: iste istius isti: hic huius huic: is eius ei. Sunt alia q̃ sequũtur secũdã declinationem mobiliũ noium: q̃lia sunt possessiua meus. a. um. tuus. a. um. suus nr̃ & ur̃. Sunt & alia tertiæ declinatiõis noium declinatiõem seruãtia: nostras uestras: nostratis & uestratis. Di. æneia quæ ps orõnis est? Ma. nomẽ. Di. quale? Ma. appellatiuũ. q̃uis. n. possessoris nomẽ pprium significat: tamẽ ois possessio eius cõe hoc nomen põt habere: ut æneia mater: æneia nutrix: æneia mens: æneia fames: æneia facies: æneia manus: æneius ager: æneius filius: æneius ensis: æneiũ lumẽ: æneiũ munus: æneiũ regnũ. Di. cuius generis? Ma. fœminini: nũeri singularis: figuræ simplicis: declinationis primæ. Di. ex quo noie deriuat̃? Ma. ab ænea: p quo superius latius diximus. Di. nutrix. quæ pars orõis est. Ma. nomẽ. Di. quale? Ma. appellatiuũ. Di. cuius speciei. Ma. appellatiuorum uerbalis. Di. ex quo uerbo masculinum eius nascit̃. Ma. a nutrio. solent aũt in tor uerbalia in trix facere fœminina mutata tor ĩ trix: ut lector lectrix. In supradicto uero euphoniæ causã uel alternitatis: idest. παραλληλότητος tri syllaba subtracta est contra regulam. Cũ enĩ nutritor fit masculinũ debuit fœmininũ nutritrix eẽ: sed absurditas soni minuit syllabã. Di. a quo uerbo deriuat̃. Ma. a nutrio. tris. trit. Di. declina uerbũ. Ma. nutrio uerbũ actiuum Indicatiuo mõ dictũ. t. p. numeri singularis: figuræ simplicis: cõiugatiõis quartæ: personæ primæ q̃d declinat̃ sic. Nutrio. tris. tur. mus. ris. unt. Eodẽ modo tẽpore præterito ĩpfecto nutriebã. bas. bat. bamus. batis. bant. Eodẽ mõ tpe præterito pfecto nutriui. sti. uit. & pluraliter nutriuimus. stis. runt. uel re. Eodẽ modo tpe pterito plusq̃perfecto nutriuerã nutriueras. rat. ramus. ratis. rant. Eodem mõ tpe futuro nutriã. es. et. Impatiuo mõ. t. p. ad secũdã & tertiã psonã nutri nutriat nutriamus. te. ant. Eodẽ mõ. tpe futuro nutrito tu. to. ille. nutriamus. tote. triũto. Optatiuo mõ tpe. p. & pterito ipfecto utinaã nutrirẽ. res. ret. nutriremus tis. rẽt. Eodẽ modo tpe pterito pfecto & plusq̃perfecto utinam nutriuissem. ses. set. nutriuissemus.

Nutriebam. Vergilianus tamen Euandercũ ingẽ̃ti tpra gẽnas nesti bat flore iuuẽ dicit p uestiebat.

setis.sent. Eodē modo tēpore futuro nutriā nutrias.at. utinā nutriamus.atis.ant. Subiūctiuo mō tpe præsenti cū nutriā.as.at.amus.atis.ant. Eodē mō tpe præterito imperfecto cū nutrirē.res ret.emus.etis.ent. Eodē mō tpe præterito pfecto cū nutriuerim.is.it.nutriuerimus.itis.rint. Eodē mō tpe ꝑterito plusq̄pfecto cū nutriuissem.ses.set.emus.etis.ent. Eodē mō.t. futuro cū nutriuero.ris.rit.rimus.itis.rint. Infinitiuo mō tpe præsenti & præterito impfecto nutrire. præterito pfecto & plusq̄pfecto nutriuisse. futuro nutritū ire uel nutriturꝫ esse. Verbo īpsonali nutrit̄.ebat̄. nutritū est uel fuit. nutritū erat uel fuerat. futuro nutrietur. Imperatiuo mō nutriat̄ nutritor. Optatiuo utinā nutriret̄.nutritū eēt uel fuisset. nutriatur. Subiūctiuo mō cum nutriat̄ nutriret̄.nutritū sit uel fuerit. nutritū eēt uel fuisset. nutritū erit uel fuerit. Gerundia uel pticipialia noīa nutriēdi.do.dum.nutritū.itu. Duo participia ueniunt a uerbo actiuo. præsens: nutriēs. futurū nutriturus.ra.rū. Eius passiuū indicatiuo mō nutrior.ebar.itus sum uel fui.itus erā uel fuerā.nutriar. Impatiuo nutrire.atur.nutriamur.mini.antur. Futuro nutritor tu. itor ille. nutriamur. inor. untor. Optatiuo utinā nutrirer.itus essem uel fuissem.nutriar: Subiūctiuo cū nutriar.rer.itus.sim uel fuerim.itus essem uel fuissem.tritus ero uel fuero. Infinitiuo mō nutriri.itū eē uel fuisse. futuro nutritū iri. Duo participia ueniūt a uerbo passiuo: præteritum nutritus.ta.tū. futurū nutriēdus.da.dum. Nomē uerbale nutritor uel nutrix. ipsa res nutritio. Di. fac ab eo deriuatiuum? Ma. nutricula quæ ē diminutiuum: ut Iuue. Gallia uel potius nutricula causidicorum. Vt belli signū laurēti turnus ab arce. Di. scāde uersum. Ma. ut bel li si gnum lau rēti turnus ab arce. Di. quot cesuras habet? Ma. semiquinariā. Di. quō? Ma. Vt belli signū. Di. quot figurarū est hic uersus? Ma. quiq;. Di. quare? Ma. quia constat ex quattuor spondeis & uno dactylo & uno trocheo. Di. tracta per singulos pedes? Ma. Vt bel li si: gnū lau: rēti: turnus ab: arce. Di. quot partes orationis habet? Mag. septem. Di. quot nomina. Ma. quinq;: belli: signum: laurenti: turnus: arce. Di. quid aliud. Ma. aduer. ut & præpositionem ab. Di. Vt quæ pars orationis est. Ma. hic aduerbium tpale: alias autem similitudinis potest esse: & adiecta i tn̄ eandem significationem hēt uti: cui additur nam: & fit aduerbium optantis utinam. Similiter cōpositū cū uelut: & uelut aduerbiū similitudinis est quando ὅπως uel ἵνα græcum significat pro coniunctione causali. accipitur. Est ēt qn̄ optatiuum estaut Teren. in phor. Vt illum dii deæq; oēs pdant. Di. belli quæ pars orationis est? Ma. nomen. Di. quale? Ma. appellatiuum. Disc. cuius spēi. Ma. deriuatiuæ ab eo quod est bonū bellū diminutiuū est per antiphrasim. igitur hoc est p contradictionē. ꝓ malo bellū dicit̄ id qđ malo hominū est inuentū. a bono ergo masculinū bellus & bona bella. & a neutro bonum bellum facit. Omnia .n. in us desinentia masculina gemināt ll i diminutiuis: ut geminus: gemellus: geīa: gemella: geminū gemellū. Et sciēdū ꝙ ēt inueniunt̄ ipsorum diminutiuorū comparatiua & suplatiua. Quō cōparatiuorū diminutiua q̄ apud græcos non inuenis. Teren. in adel. Atq; unumquodq; quod erit bellissimū carpā. Ex bello quod bonum significat bellaria dicunt̄ . Di. ab eo quod est bellū quod pugnā significat deriuatiuū aliud? Ma. bellicus.ca.cū. bellicosus: belligerus: qđ ꝓpriū ē a bello deriuatū. Bello bellas uerbū: ex quo bellax: quod ē triū generꝫ. Bellatus enī pticipiū bellator & bellatrix facit. ab eo ēt ē bellona dea bellorū. Duellū dicebāt antiqui p bellū ex quo perduellū ab eo cōpōitur bellipotēs: & belliger: & imbellis: & rebellis: & rebello uerbū: & debello quoq; compositum est uerbū: inde ēt debellatū est. belli .n. portæ q̄uis duo sint partes: pro uno tn̄ noīe proprio accipiuntur quod significat fores iani templi. Di. signum quæ pars orationis est? Ma. nomen. Di. quale? Mag.

Bellona. Pompeius aliter a columna in quā pfectuti in prælia auspicato hastā iacebāt dictā pbat.

Duellū. Antiq bellum quod duabus ptibus de uictoria contēdentibus gerebatur duellū dicebant: a quo pduelles hostes dicti & perduellio crimen læsæ maiestatis: & q id crimen commisit dicit̄.

Signū. ē constitutio data ad tēpus belli & demonstratio: ut ex græcis uocibus optime facta ē distinctio.

appellatiuum. Di. cuius spēi. Ma. primitiuæ. Di. fac deriuatiuū ab eo uel diminutiuum. Ma. singulū signo signas uerbū: & huius cōpositū īsignio insignis unde īsignitus præterea significo. cas & signifer: & inde signarius. & designo: consigno resigno idest aufero. unde Vir. in quarto. Et lumina morte resignat. i. aufert. Est autem uniuocum omonymum. significat enim σημειον καὶ τοῦ πολεμου. unde in eodem libro. It bello tessera signum: καὶ σημειον: ut Luca. Signa canunt. Di. laurenti quæ pars est? Ma. nomen appellatiuum: spēi deriuatiuorū possessiuæ. est tamē ēt patriæ: sicut ablatiuus ab eo quod ē hic & hæc & hoc laurēs laurētis. Pōt tamē & propriū ipsius ciuitatis eē si sic grūs accipitur hoc laurētū: huius laurēti: ut sit ab arce laurēti. sed si est ab eo quod est hic & hæc & hoc laurens: & ab hoc & ab hac & ab hoc laurenti p laurentina. unde Luca. Laurentiosq; penates. Laurentum noiatū est lauro inuenta in arce: teste ipso poeta: compositū ab eo quod est laurus laurigeri: unde laurigeros currus. a lauro etiam laureatus. ta. tum. Cic. Fasces laureatos. hoc est uictoriæ lauros habentes: & ex eo ppium laurentius cōprēsiuū quod græci περιεκτικον uocāt laurētū ueluti myrtetū rosetū. Di. fac possessiuū? Ma. laureus quō myrthetus. corneus nea. neū. Di. laurus quotæ declinatōis ē? Ma. īuenit & secūdæ & quartæ. Oia. n. arborū noīa ī us desinentia fœminina sunt & secūdæ declinatōis: exceptis qnq; q tā secūdæ q̄ q̄rtæ īueniunt. quercus: laurus: pinus: ficus: cornus. Laurea ēt p lauro accipit. Di. turnus quæ pars est. Ma. nomē. Di. quale? Ma. propriū. Di. cuius spēi? Ma. uniuocæ. pōt. n. & appellatiuū intelligi: p piscis palustris: & fluuius. Di. fac ab eo possessiuū. Ma. turnius. nia. niū. sicut a saturnus: saturnius. nia. niū. Patronymicum pōt p analogiā dici turnides: sed raro ī latinis noibus solēt eiusmodi formę patronymicæ fieri: q̄uis poeta scipiades figurauit a scipione: sed & ipsum. απο του σκιπιωνοσ quod græcū est: & uidet esse. Di. ab quæ pars orōnis est? Ma. præpositio. Di. cui casui seruit. Ma. ablatiuo. Di. quid interest inter ab & a & abs? Ma. q; consonante sequente a plerunq; scribendū est: uocali uero oino ab īuenit. ab ēt consonātibus sequentibus: sed quæ nō aspere post b sonāt: a uero uocali sequēte: nisi in loco sit cōsonantis i uel u nunq̄ inuenit: ut a Ioue: a Venere: abs aūt q uel r uel c sequentibus paucis interponitur tam in appositione q̄ in cōpositione. In appositōe ut abs te pro a te In cōpositione: ut abstuli: abscōdo: absq; ullo malo: pro sine ullo malo. Di. arce quæ pars orōnis est? Ma. nomen. Di. quale? Ma. appellatiuum: spēi deriuatiuæ: ab arceo uerbo. Arx quæ facile munimēto suo arcet hostes. Inde etiam summitates mōtium ex quibus facile possunt depelli hostes arces dicuntur: & arcus q; longe arceāt similiter hostes. Di. declina uerbū arceo. Ma. arceo significatiōis secūdæ: generis uel significationis actiuæ. arceo uerbū actiuum. Indicatiuo mō dictum tpe præsenti arceo arcebam arcui arcueram; futuro arcebo. Imperatiuo arce. at. arcete. ant. uel. cēt. Optatiuo mō tpe præsenti & præterito impfecto utinā arcerē. cuissem. Futuro utinā arceam. Subiunctiuo mō tpe. p. cū arceā. præterito impfecto arcerē. rim. issem. Futuro cum arcuero. Infinitiuo mō arcere arcuisse arcitū ire uel arciturū esse. Gerundia uel pticipalia noia arcēdi. do. dū. arcitum. citu. Participia ueniunt a uerbo actiuo duo p̄sentis tpis arcēs. futuri arciturus. Passiuū arceor. ceris. uel arcere. cetur. cebat: arcitus sum uel fui secūdū analogiā: q̄uis in usu deficit. cōpositū tamē eius coerceor. bar. tis. tus. sum in frequēti est usu. Præteritū plusq̄perfectū arcitus eram uel fueram. futuro arcebor. Impatiuo mō tpe. p. arcere arceat arceamur mini. ant. Futuro arcetor tu arcetor ille: arceminor arcētor. Optatiuo mō tpe præsenti utinam arcerer: arcitus essem uel fuissem. futuro arcear. Subiunctiuo mō cū arcear: arcerer: arcitus sim uel fuerim: arcitus eēm uel fuissem: arcitus ero uel fuero. Infinitiuo arceri:

Turnius. Possessiua & patronymica poetica licentia confundūtur alternā turq; patet tamen ubi locus formæ patronomycæ nullus relinquitur: ut eius officiū possessiuum nomen impleat. detorquēda sunt patronymica tāñsper dum usus patitur & decor latinitatis. est item considerandum nullo mō formari patronymicū ab illo nomine quod recipit etymologiam latinam.

arcitum eẽ uel fuisse arcitum iri. Gerundia uel participalia noĩa cõia sunt tam actiuo q̃ passiuo arcendi arcendo arcendum. duo participia ueniunt uerbo passiuo præterenti. arcitus: futuri arcendus.

ATq; ea diuersa penitus dũ parte geruntur. Di. scande uersum? Ma. Atq; a diuer sapeni tusdum partege runtur. Di. quot cæsuras habet? Ma. duas semiquinariam & semiseptenariã. Disc. quot figurarũ est? Ma. decem. Di. quare? Ma. quia constat ex tribus dactilis & duobus spondeis. Di. tracta singolos pedes. Ma. atquea diuer sapeni tusdum partege runtur. Di. quot partes orõnis habet hic uersus? Ma. septem. Di. quot noĩa? Ma. duo diuersa & parte. Di. quot uerba? Ma. unum geruntur. Di. quot pronoĩa? Ma. unum: ea. Di. quot aduerbia? Ma. duo: penitus & dum. Di. quot coniunctiones? Ma. unam: atq;. Di. atq; quæ pars orõnis est? Ma. coniunctio. Dis. cuius potestatis? Ma. copulatiuæ: ordinis cõis: idest tam præpositiui q̃ postpositiui inuenitur: sed raro postponitur quõ ẽt &: & quia. Disc. quid interest inter q; & ac & atq;? Mag. q; q; semper postpositiua & encletica: & significat non modo &: sed etiam. Te græcam q̃ñ repletiua est. ac aũt semper postpositiua est: & accipitur etiam pro aduerbio similitudiõis quõ atq;: ut haud secus ac iussi faciũt & atq; tam præpositiua q̃ postpositiua copulationem solam significat. Di. cuius figuræ atq;? Ma. compositæ ex duobus integris: at & q;. Dis. quem habet accentum. Ma. præpositiua oĩs coniunctio & præpositio grauatur: postpositiua uero generalem accẽtũ seruat dictionũ. Di. ea quæ pars orõnis est? Mag. pronomen. Di. quale? Ma. subiũctiuũ uel relatiuũ. Di. primitiuũ est an deriuatiuum? Ma. primitiuũ. Di. quot pronoĩa indubitabilia? Ma. primitiua quidem octo: primæ psonæ unum: ego: secundæ unũ: tu. tertiæ sex. ille: ipse: iste: hic: is: sui. Di. quare prima psona & secunda singulas habent uoces. tertia uero tot & tam diuersas. Ma. quia prima persona & secunda semper sunt præsentes & iuxta se loquuntur. tertia uero mõ longe: modo præsens: mõ absens: modo demonstratiua: mõ relatiua: mõ discretiua. Di. quid interest inter hic: & iste: & is? Ma. quia hic præpositiuum est & demonstratiuũ: & in declinatiõe nominũ a grammaticis pro articulo accipitur. iste uero demõstratiuũ est: is subiunctiuum uel relatiuũ: ille põt & in hoc loco, aliquo longe posito eẽ demonstratiuũ & relatiuũ: tñ idem esse cũ significantia aliqua pferri: ut. sic Iuppiter ille monebat. ipse aũt relatiuũ & discretiuũ est: ut ipse mõ æneas nostri sĩ tanta cupido est. discretiuũ est: ut ego ipse: tu ipse: ut quæq; ipse miserrima uidi. Ideo aũt discretiuum esse dicitur: quia discernit psonã cui adiũgitur. ostendens p se facere & non per alium: hoc ẽ ipse p me & non per alium. Di. dic deriuatiua pnoĩa quot? Ma. septem: meus: tuus: suus: nr̃: ur̃: nr̃as & ur̃as. Di. quot sunt declinationes pnoĩum? Ma. quattuor: illorũ una quæ in i faciunt gtũm & dtũm: ut mei mihi: tui tibi: sui sibi: secũda illorũ q̃ in us. habẽt gtũm ut illius huius. Tertia quæ sm mobilia declinant̃ noĩa: ut meus: tuus: suus. Quarta quæ tertiam noĩum declinationẽ seruãt: ut nostras & uestras. Di. quæ sunt dubia. Ma. quæ stoici quidam antiquissimi inter articulos cum præpositionibus ponebãt. Romani infinita nomina: uel interrogatiua: uel relatiua: uel redditiua inter pronomina ponebant. Dionysius uero & Apollonius & Herodianus rõnabiliter inter nomina posuerunt. Sunt autem substantiæ: uel qualitatis: uel quantitatis: uel numeri infinita. substãtiæ: ut quis quod tam interrogatiuum est q̃ ĩfinitũ: cuius relatiuũ est qui: quod per se quidẽ acuit̃. in relatione uero grauat̃. Inte-

q;. Particula copularia polysenã e mõ pidest. aut pro uel disiũctiua ut subiectis q; urere flãmis. aliquãdo cãlis: ut nataq; de flãma corpora nulla uides: quia nulla uides de flãma corpa. iõ uestaurgo ẽ aut uiua flãma. Generalẽ accẽtũ. s. cõmunem oĩum dictionũ q ẽ acutus. oĩs. n. dictio licet grauẽ ĩcludat ĩ ultima syllaba: tamẽ acutũ nõ amittit: nisi designate grauẽ aut circũflexũ recipiat: ut facile mõstrat̃ ab Herodiano & grecis grãmaticis & ẽt ĩferius ubi de accẽtu tractatur latius demonstrabo.

Subiũctiuũ uel relatiuũ. duobus modis pnomen is ponitur relatiue: & tunc dicit̃ subiũctiue etiam possum: ut rhetoricẽ docuit Hermogenes: & in ea multũ pfecit. redditiue: ut is qui Hermogenẽ sequitur Ciceroni nõ omnino suffragatur. pronominum aũt alia trifariam struuntur relatiue siue: subiunctiue: ĩfinite redditiue: ut ille alia bifariam. relatiue scilicet & discrete. discrete autem cum in sensu pronomen primæ uel secũdæ p sonæ illi associat̃ ut exemplo constat uergiliano. de his autem quatenus auctores ligdo disseruere: uel ipsi regulatores non ero in dicendo prolixior.

nitur tamen etiam pro quis: atq; tunc circunflectitur. Obliqui autem eorum casus quando relationem significant grauantur. qualitatis qualis quod penultimam circunflectit quando interrogatiuum est: quando uero infinitum est uel relatiuum acuit ultimam: quæ tamen in lectione sopitur. eius relatiui redditiuum talis. Di. dic quantitatis? Ma. q̃tus quod similiter tria significat ĩterrogatiōẽ relationem ĩfinitiōẽ: quãdo uel infinitum est uel interrogatiuum acuitur: quãdo uero relatiuum i locutione grauatur. eius redditiuum tantus. Numeri quot: quod significat interrogationem relationem infinitionem: sed quando interrogatiuum est acuitur uel infinitum: quando autem relatiuum in lectione grauatur. eius redditiuum tot. Disci. dic deriuatiuum ab eo quod est quis? Mag. cuius cuia cuium: quæ sunt possessiua infinita quæ græci non habent. præterea hic & hæc cuiatis & hoc cuiate. huius cuiatis: quæ sunt gentilia & infinita. Et est sciendũ q̃ hæc declinationem ꝓnominũ habent. quis uel qui cuius: & eam tamẽ inæqualem: cum accusatiuum quem facit & ablatiuum a quo uel a qui: & datiuum pluralem quis uel quibus. Discipu. quæ sunt alia nomina quæ declinationem pronominum habent? Ma. in us q̃dem desinentia sex: ut unus nullus ullus solus totus alius. In er uero duo uter & alter. & ex his composita; excipitur neuter neutri. Di. dic nominatiuum ab eo quod est id. Ma. masculinũ eius is. fœmininum ea. Di. quid habet notandum hoc pronomen. Ma. q̃ nominatiuum pluralem masculinum tam in ei facit q̃ in ii. & datiuum & ablatiuum in eis: & in iis: & q̃uis ii. duplicetur tamen pro una accipitur syllaba in metris quomodo dii & diis pro dei & deis. Disc. sac ab eo quod est is compositum? Mag. idem eiusdem. Di. quid interest inter masculinum & neutrum. Ma. quia masculinum producitur: neutrum uero corripitur. Di. diuersa quæ pars est? Ma. nomen appellatiuum: speciei deriuatiuæ a uerbo uertor uersus participium unde est factum nomẽ compositum diuersus uersa. uersum. uersa. generis fœminini numeri singularis quando fœmininum est. quando uero neutri pluralis. Et nota q̃ omnia mobilia in a facientia fœminina nomina & pronomina & participia similem habent fœmininum singularem & neutrum pluralem ut primus prima primum & pluraliter prima: pulcher pulchra pulchrum. pluraliter pulchra: armigera: pluraliter gera. satur satura. & pluraliter satura. Ille illa illud: & pluraliter illa: iste ista istud. Is ea id: & hic & hæc & hoc & singulariter est fœmininum & pluraliter neutrum: necnon etiam quis quæ quod tam in singulari fœmininum q̃ in plurali neutrum: participia quoq; amaturus tura. turũ. pluraliter amatura. amatus ta. tum. pluraliter amata. Di. cuius numeri? Ma. singularis: q̃a fœmininum est in hoc uersu: figuræ compositæ ex duobus integris. i. di præpositione: quæ separatim non inuenitur per se: & uersa. sunt autem inseparabiles præpositiones quæ per se separatæ nunq̃ possunt inueniri hæ di dis re se am & con: quas tamen præpositiones ideo dicimus q̃ interpretatio quoque earum apud græcos præpositiones eas esse ostendit: & præpositiuum locum semper sibi in compositione defendunt: diuersus tamen apud latinos frequenter non solum pro uarius: sed etiam pro separatus accipitur & discretus: ex quo deriuatiuum etiam diuersitas. Di. Penitus quæ pars est? Ma. aduerbium. Di. cuius significationis? Ma. hic localis: alias qualitatis: significat enim prorsus uel ĩtima parte. ut causas penitus temptare latentis: & hic tñ similem habet significatiōem. penitus idest penitissima parte. hoc est in intima Italiæ. Antiqui. n. & penitior & penitissimus solebant ab eo dicere uelut ulterior ultimus. Di. cuius speciei? Ma. primitiuæ: ex eo. n. fit nomen penitior & penitissimus: nascit̃ & aduerbium comparatiuũ penitius superlatiuum penitissime. Di. cuius figuræ? Ma. simplicis. Di. Dum quæ pars est? Ma. aduerbium tꝑale:

Quæ separatim sunt præpositiones quæ nihil nisi ĩ cōpositiōe significãt ut di dis cō re se. aliæ tã separatæ q̃ compara/tæ sunt aliquius significati indicesur ante & id genus reliquæ.

Penitus. primitiuũ est ratione illorum nominũ quæ sequuntur. origine tamen deriuatũ nisi q̃d a Pene. & intus decor queatur.

Dum ut testis est horatius addita dictioni in fine parelcon facit primum idem est & repletiuum quod syllabicum.

quoq; hic est etiam coniunctio causalis quando pro ὅπως græca cõiunctione accipit̃ ut multa quo ꝑ & bello passus dum cõderet urbem. Et sciendũ q̃ dũ aduerbium indicatiuo coniungitur coniunctio uerbo subiunctiuo: est tamen quãdo pro coniunctione repletiua ut sosia adesdum paucis te uolo: & nedum illi corruptis moribus uictoriæ temperarent. Ex eo deriuatur dudum post ne quoq; uel non posita aduerbium est temporale: ut nedum nondũ. Di. parte quæ pars ẽ? Ma. nomen. Di. quale? Ma. appellatiuum. Di. cuius spẽi? Ma. primitiuæ & generis fœminini: numeri singularis: figuræ simplicis: casus ablatiui. Di. cur partis facit? Ma. quia omnia in rs uel ls uel ns desinentia interposita ti faciunt genitiuum ut pars partis: puls pultis: mons montis: exceptis a corde compositis. quæ d habent pro t. ut uecors uecordis: discors discordis: ꝗ seruant. n. primitiui consonantem genitiui: & differentiæ causa frons frondis & lens lendis: præterea glans glandis: libripens libripendis: quod a uerbo pendo componit̃. Di. fac ab eo quod ẽ pars diminutiuum? Ma. particula. uerbum uero partio & partior: quod in eadem inuenitur significatiõe & ex eo composita similiter dispartio & dispartior. impartio & impartior: & ab eo cõposita participium & participio uerbum. Similiter & ab eo composita expers & particeps & propartio & bipartitꝰ & tripartitus & similia. Di. geruntur quæ pars orationis est? Ma. uerbum. Di. quale? Ma. perfectum. Di. quo modo dictum? Ma. Indicatiuo modo. Di. cuius significationis? Ma. passiuæ. coniugationis tertiæ correptæ: numeri pluralis: figuræ simplicis: temporis præsentis ꝑsonæ tertiæ. Di. declina? Ma. gero geris gerit. Di. quare præteritũ gessi facit? Ma. quia in ero desinentia tertiæ coniugationis in ui faciunt præteritum perfectum: ut quæro quæsiui: tero triui: excepto uro ussi: gero gessi: curo cucurri: licet ex eo composita duplicent in præterito perfecto cu uel nõ ut decurro decucurrim uel decurri: percurro pcucurri uel pcurri: quare gessi gestus facit participium quomodo & ussi ustum: quæsiui quoq; quæstus Ἀυρμενον differentiæ causa facit: nam quæsitus εἰρημένον. Di. fac frequentatiuum? Ma. gesto as. at. A participiis. n. præteriti plærunq; sunt frequentatiua. & a gesto gestio is. it. i. motu copis significo gaudium. ab eodẽ deriuat̃ gerulus: unde cõponitur nugigerulus. & gesticulor ris. lator. & ipsa res gesticulatio.

Panditur interea domus omnipotentis olympi. Di. scande uersum? Ma. pãditur & cætera. Di. quot habet cæsuras? Ma. unam. Di. quam? Ma. semiquinariam. Di. quomodo? Ma. panditur interea. Di. quot figuras ẽ? Ma. unius. Di. quare? Ma. qa quinq; dactylos habet. Di. tracta singulos pedes? Ma. Panditur intere adomus omnipo tenti so lympi. Di. quot partes orationis habet hic uersus? Ma. quinq;. Di. quot nomina? Ma. tria: domus. oĩpotentis. olympi. Di. quot uerba? Ma. unum: panditur. Di. quid aliud? Ma. aduerbium interea. Di. panditur quæ ps est. Ma. uerbum. Di. cuius modi? Ma. indicatiui. Di. cuius formæ. Ma. pfectæ: coniunctiõis tertiæ: uel significationis passiuæ: numeri singularis: figuræ simplicis: tpis præsentis. psonæ tertiæ. Di. dic actiuum eius? Ma. pando dis. ebã. pandi. pãderã. pãdã. Di. cur mutata do in di facit præteritum pfectũ? Ma. qa oĩa uerba tertiæ cõiugatiõis: quæ ante do n habẽt mutata do in di faciunt præteritum: ut scando di. ostendo ostendi. Excipiunt̃ quædã abiicientia quidem n. fundo fudi: scindo scidi: findo fidi: duplicãtia uero primam syllabam pẽdo pepẽdi: tẽdo tetẽdi: tundo tutũdi. Di. declina passiuum. Ma. pandor pãdebar passus sum. Di cur passus sum facit præteritum pfectum? Ma. qa oĩa passiua in dor desinẽtia tertiæ coniugationis uerba nisi sint a dor uerbo composita participiuum præteriti in sus faciunt: ut ludor lusus: cædor cæsus: defendor defensus: incendor incensus. Sed notãdũ q̃ cũ alia oĩa quæ n habẽt ante do: & ĩ pticipio ante sus seruant n ut offendo offensus: defendo defensus: ĩcendo incẽsus: tẽdo tensus: pẽdo pẽsus: tũdo tunsus: hac de causa ne fœmininũ eius simile inueniat̃ ꝓprio masculino quod ẽ hic pansa: ideo passus passa fecit: q̃uis a patior quoq; passus facit: & a pateo passus. Virg. in tertio. Passis de littore palmis: & in primo. Crinibus iliades passis. Fundo etiam fundi fusus facit nec duplicauit s. quia producta uocalis non egebat geminatione: scidi quoq; & fidi. quia corripiunt penultimam duplicauerunt in participio scissus & fissus. Virgi. in nono. Et fisso trahit præcor

dia ligno. Imperatiuus optatiuus subiunctiuus & infinitiuus supradicti uerbi secundum analogiam declinantur. Dis. dic supina? Magi. pandendi pandendo pandendum passum passu. Participia actiua pandens: passurus: passiua præteriti passus. futuri pandendus: nomen uerbale passor. In sor autem desinentia uel in xor uerbalia fœminina facere non possunt litterarum dissonãtia prohibente. In tor enim desinentia mutant tor in trix. amator amatrix: doctor doctrix: raptor raptrix: fartor fartrix. nomen uerbale rei. hic passus huius passus: quod significat τοβημα quod patet in spacio distantiæ pedum. Est tamẽ & aliud uerbale pandus panda pandũ. Donatus panda res contraxior est dixit. Ouidius. Panda ratis: tuam passio magi ori aptior est. Di. interea quæ pars est? Magi. aduerbium: speciei deriuatiuæ. Inter quidem ab in præpositione uidetur esse natum: quomodo a sub subter: & extra ab ex: ea uero primitiuum pronomen est ablatiui casus singularis: uel accusatiui pluralis. Di. cuius figuræ? Ma. compositæ ex integro & corrupto. Si ea pluraliter accipiamus: inter enim integrum est: quod plærique latinorum præpositionem accipiunt: græci autem aduerbium: ea uero corruptum. Accusatiuus enim pluralis est a producit propter generalem regulam aduerbiorum in a terminantium: quia omnia producuntur ut interea & propterea & præterea: excepto ita. tamen possumus dicere quia in compositione non necesse est separatorum constructionem seruare: & licere etiam in his ablatiuum singularem recipere: ut in his aduerbiis compositis cum præpositionibus: quomodo quocirca quapropter sic interea propterea. frequenter etiam & simplices ablatiui pro aduerbiis accipiuntur: ut una qua qui: quomodo dextra sinistra. Di. domus quæ pars est? Magi. nomen appellatiuum speciei deriuatiuæ a græco enim deriuat. græci enim Δομεω Δομω dicunt ædificare. Inde & Δομοσ ο οικοσ græce enim masculinũ ẽ: & latinæ fœmininum hæc domus quomodo ο κρατηρ hæc cratera ο Δεκαπουσ hæc decempeda ο πανθηρ hæc panthera ο χαρτησ hæc charta ο γαυσαπη hæc gausapa. Disc. dic deriuatiuum a domo? Mag. domicilium domesticum: domo as. at. hoc est sub dominio & potestate mea facio: unde maris domitor pro dominator. Inde & dominus. hinc domitus & domitianus. Di. dic aduerbia? Ma. ex hoc in loco domi: ad locum domum de loco domo: quæ græci dicunt οικοι: οικαδε οικοθεν diminutiuum eius domuncula. Disc. omnipotens quæ pars orationis est? Ma. nomen. Di. quale? Ma. appellatiuum. Di. cuius spẽi? Ma. adiectiuæ: figuræ compositæ. Di. ex quibus? Ma. ex tribus corruptis: omni & potis & ens: qui omnium potens est: antiqui enim dicebant ens participiũ ab eo quod est sum es est. Ideo a possum uerbum potens nascitur tam participium q̃ nomen: sed quando participium est: tempus significat & actõ nominum uel infinito uerborum coniungitur: nec comparationem accipit: ut potens pugnare: uel potens benefacere: quando autem nomẽ est caret tpe: & gtõ coniungitur: comparationem habet: potens maris: & potens illus. potentior & amantior. Sic ergo omnia participia similia possumus discernere tpe constructione & casu & compatione: si. n. uerbi casum non sequãtur in uim trãseunt noium. similiter si tempus amittãt & si compationem assumũt ut fugitãs litiũ: doctus grãmaticæ: doctior doctissimus. Di. cur in tus finit gtũm? Ma. qa oĩa noia i ls rs ns desinẽtia interpositiõe ti faciũt

Quod significat τοβημα. passus tria significat in diuersa figura: ubi participiũ q sustinuit a patior est: ubi diffusus & tunc a pandor: ut passis de littore palmis: ẽ ubi gradus: quod græci uocant βημα παρα το βαινω quod est scando. hinc altare etiam græci nominãt βημα q in ascensu eminear. Quod patet i spacio. i. qui fit ab unius pedis distãtia ad aliũ siue in incessu siue in ascensu.

Accusatiuus enim. regula actũs nominatiuus uctũs neutri corripiunt ultimam. ea actũs pluralis corripit regulariter. uñe ubi adiungitur p̃positiõi naturam mutat. ideo ex ĩtegro & corrupto fit ĩterea & aliud genus. Aduerbia aũt exeũtia in a pducũtur: extra ita & ga.

Domus. græca dictio interpretat ædificium: hæc autem dictio apud græcos modo neutri generis est mõ uirilis ut Δωμα & Δομος quæ dictio plærũq metri necessitate truncat mutila tur q ut expertis cõstat lectionis homericæ.

genitiuum: ut puls pultis: mons montis: ars artis. exceptis differentiæ cā frōs frondis: & lens lē dis. præterea glās glandis: cuius quidem ēt similem grō qdam ꝓtulerunt noīatiuum: libripens quoq; libripēdis seruata consonante uel bipēdo. Præterea a corde composita seruātia c notanda sunt: cōcors cōcordis: discors discordis: uecors uecordis. Comparatiuū: potēs potētior potētissimus. Dicit aūt oīpotens: ideo nō pōt habere cōparatiuum: qa est sup oia: & nemini pōt cōparari. Di. fac ab eo quod est potēs ipsam rem? Ma. potētia potestas. Di quid iterest inter potētiam & potestatē? Ma. hoc interest q potētia pro ui magis accipit: potestas autē pro ditione: qdam aūt etiam potentatū dixerūt. Di. declina uerbū. Ma. possum potes pōt poterā potui erā. potero. Imperatiuo mō potes possit possimus: poteste possint: poresto tu potesto ille: possimus. stote. sunto. Optatiuo mō utinā possem tuisem. sim. Subiunctiuo cū possim sē. rim. tuissem. tuero. Infinitiuo mō posse: antiq potesse. Teré. i eunu. Sed nihil tñ potesse. ꝑterito potuisse In futuro deficit. Deriuatiua ex hoc possibilis cōpos præpotēs & ipotēs. Di. olympi q̄ pars ē. Ma. nomē. Di. quale. Ma. ꝓpriū. significat aūt mōtē & cælū: olympus dictū a græco ολολαντον q undiq; luceat. Di. cuius spēi? Ma. deriuatiuæ uel compositæ a græco deriuat ολονκαι. Disc. fac ab eo deriuatiuum? Ma. olympicus ca. cū. ꝓpriū: & olympius olympia pium. ut olympiū certamen: uel olympia q̄ in honorē Iouis celebrabāt certamīa a priscis. Inde cōponit olympiodorus & olympionices olympias: cuius secundum analogiam olympiades debet eē masculinum.

OCeanū interea surgens aurora reliquit. Di. scandæ uersum? Ma. Ocea nintere: & cætera. Di. quot habet cæsuras? Ma. habet duas semiquinariam & semiseptenariam. Oceanum interea: ecce semiquinaria: surgens ecce semiseptenaria. Disc. quot figurarum est? Ma. decem. habet enim tres dactylos & duos spōdeos. Di. tracta p singulos pedes? Ma. Oceanintere asur gensau rorare liquit. Di. quot partes orōnis habet iste uersus Ma. quinq; oceanum interea surgens aurora reliquit. Di. quot nomina? Ma. duo: aurora oceanum. uerbum unum reliquit: participium unum surgens: aduerbium unum interea. Di. oceanum quæ pars est? Ma. nomen. Di. quale? Mag. proprium: speciei deriuatiuæ απο του ωκεως κειν hoc est celeri motu dictus est græce oceanus. Dis. fac ab eo deriuatiuum. Magi. oceanitides: possessiuum oceanius nia. nium. ut saturnius nia. nium. Di. dic patronymicum. Ma. ωκεανιδης ωκενοσ oceanides: fœmininum oceanis uelut priam⁹ priamides & priamis: & q̄uis sit proprium. oceanus etiā pro appellatiuo ponit quando ptes eius significat: ut si dicam athlanticus oceanus: & indicus oceanus: & erythreus & boricus siue æthiopicus. quomō mare cum totū significat proprium est: cum partem appellatiuum. Di. interea quæ ps est? Ma. aduerbium significationis hic tpalis: alias aūt ēt localis: ut Interea ad templum nō æquæ palladis ibant. Crinibus iliades passis peplūq; ferebāt. Di. cuius figuræ? Ma. cōpositæ ex duobus integris: hoc est ex inter & ea: quæ est ablatiuus pfectus. Solēt aūt cōponi ablatiui cū præpositionibus quæ etiā accusatiuo separatim solent adiungi: quapropter: quocirca: ꝓpterea: sic etiam interea. Inter primitiuum est: aut deriuatiuum ab in quō ab ex extra: & a sub subter: & a de antiqui deter. unde deterior deterrimus: quæ tñ alii a uerbo detero facta esse putauerūt. quō aūt ab exter extra: & a sup supra: sic ab inter intra: hinc intro & itus: & intra quidē spacium temporis uel loci significat. intro uero ad locū: intus in loco. Cōparatiuus interior: suplatiuus itimus: uerbum intro intras intrat. Di. surgēs q̄ ps ē? Ma. pticipiuum ꝑsentis tpis: & in duas consonantes desinit hoc est n & s: & cōe trium generū. Di. cuius casus? Ma. nominatiui & uocatiui: hic aūt nominatiui: tpis ꝑsentis: significationis neutræ: formæ pfectæ: numeri singularis: figuræ cōpositæ ex duobus corruptis: tam sursum enim q̄ rego corrupta sunt. Et notandum q cum in ꝑsenti ex duobus corruptis sit in ꝑterito ex integro & corrupto inuenit: ut surrexit & multa inueniunt huiuscemodi: non solum uerba: sed nomina: ut alteruter alterutrū: in nominatiuo ex duobus integris est i genitiuo ex corrupto & itegro cogo cogis cogit. ꝑsenti ex duobus corruptis est: in ꝑterito pfecto ex integro & corrupto pgo prexi: in ꝑsenti ex integro & corrupto: in ꝑterito autem ex duobus integris. Discipu. declina

uerbũ eius. Ma. Indicatiuo surgo bam. rexi. xerã gã. Impetatiuo modo tempore præsenti surge gat. surgamus gite. surgãt. futuro surgito tu. surgito, ille: surgamus gitote. gunto. & reliquis. Infinitiuo impersonali surgi. ctum. esse uel fuisse. rectum. iri. Supina surgendi. Participia præsentis temporis surgens. futuri ctutus. etiam nomen est surrectus quomodo rectus cum caret tempore. Sciendum tamen q simplex eius uerbi actiuum est rego. facit enim regor: composita autem ab eo quædam in neutralium transeunt significationem: quædam permanent in simplicis ut pergo surgo neutralia sunt: dirigo autem & porrigo siue porgo & arrigo actiua sunt. Discipu. dic ab eo quod surgo nomen uerbale. Magi. surrector & trix. ipsa res surrectio & surrectus. Notandum q in go desinentia r antecedente: si non sunt a rego composita in si faciunt præterita: ut mergo mersi: tergo tersi. Alia uero in xi per x. ut ango anxi: pungo punxi: tingo tinxi: exceptis frango fregi: lego legi: impingo egi. tango tetigi. pungo gi. & punxi. Item a lego composita mutantia primitiui significationem mutant præteritum: ut intelligo intellexi: negligo neglexi. Disci. auro. a quæ pars est? Magi. nomen. Disci. quale. Magi. peoprium potest tamen quãdo pro die accipitur loco appellatiui accipi: quando enim deã significat proprium est. Disci. cuius speciei est? Magi. deriuatiuæ: ab aura enim aurora: proprie enim ipse ascensus solis .i. prima pars diei aurora dicitur: in qua solet pulsu solis aer motus auram facere. Alii autem a splendore solis dictam putant: ponunt autem aurotam pro splendore: teste poeta in. yi. Per ramos aurora refulsit. i. splendor: inde etiam aurum dicitur: & aurarius qui fauoribus splendidos hoc est claros faciant: & aurigæ qui splendorem sibi agãt auris. i. fauoribus populi hoc est clamoribus. Discipu. cuius generis. Magi. fœminini numeri singularis: casus nominatiui & uocatiui. hic autem nominatiui. ablatiuum autem productum in a terminant declinationis primæ. Discipu. quare? Magist. quia omnia nomina masculina uel fœminina uel communia tam græca q̃ latina in a desinentia primæ sunt declinationis: exceptis illis quæ nascuntur a masculinis in ius terminantibus genitiuum: quæ sunt hæc: una ulla nulla sola tota alia utra alteræ & quæ ex his componuntur. Similiter a qua composita si qua nequa aliqua: ea enim genitiuos & datiuos masculinorum seruant suorum: unde quidam ad significationes addentes pronomina esse putarunt. Discipul. reliquit quæ pars est? Magist. uerbum. Discipu. cuius modi. Magi. indicatiui formæ perfectæ: coniugationis tertiæ: numeri singularis: figuræ compositæ ex duobus integris re & liquit. separatim tamen re dici non potest: quod tamen quidam uolunt a retro uel rursus esse: quod si fit: ex corrupto & integro inuenitur ea pars: liquit enim perfectum est. Discipu. cuius temporis? Magist. præteriti. Discipul. quare linquo liqui: facit præteritum? Magi. quia que n. habent ante quo. uel co. abiecta n. faciunt præteritum: ut linquo liqui: uinco uici. Similiter ab eo composita deuinco deuici: conuinco conuici: relinquo reliqui: derelinquo dereliqui: & producunt penultimam in præterito naturaliter. Discipul declina uerbum. Magister. relinquo & cætera. Discipulus. declina & passiuum. Magister. relinquor: nomen uerbale relictor & relictrix: ipsa res relictio: potest tamen & relictus dici: sed quartæ declinationis: hic deriuatur reliquus reliqua reliquum: & reliquiæ: quæ poetæ interposita l reliquiæ metri causa proferunt. Est etiam a delinquo delictum pro peccato: quia delinquit officium suum qui peccat.

Vrnus ut infractos aduerso marte latinos. Discipul. quot habet cæsuras iste uersus? Magi. unam semiquinariam. Di. quot figurarum est. Magi. decem. quia habet duos dactylos & tres spondeos. Disci. tracta per singulos pedes. Magi. Turnus ut infra: ctos ad: uerso: marte la: tinos. Di. quot ptes orationis? Magi. sex. Disc. quot nomina? Mag. quattuor: turnus: aduerso: marte: latinos unũ participiũ infractos: unum aduerbium ut. Disci. turnus quæ pars est? Magi. nomen. Disci. quale? Magi. proprium. Disci. cuius speciei. Magi. uniuocæ. significat enim nomen proprium regis rutulorum. appellatiuum piscis palustris. Inde deriuatur turnus: quomõ saturnius a saturno: secundũ regulam parrony-

micũ debet fieri turnides: quõ priamus priamides. Di. quare secundæ declinationis est turnus ni? Ma. quia in us correptam desinentia propria secundæ sunt declinationis: excepto uenus ueneris. præterea ligus liguris: quod proprium est: potest & gentile esse: & si sit proprium est masculinum solum: hic ligus liguris. Si gentile est inuenitur commune: ut hic & hæc ligus liguris. Discipulus quare turnus turne facit uocatiuum? Magister. quia omnia in us desinentia secundæ sunt declinationis: & in e faciunt uocatiuum: exceptis propriis quæ i habent ante us: quæ per apocopam proferunt uocatiuum: ut uirgilius uirgili pro uirgilie: & mercuri pro mercurie. Ideoque accentus manet penultimus: quis breuis sit penultima syllaba. ex quibus enim aliqua superabitur syllaba si integra illa remaneat: in qua est accentus integrum etiam seruat accentum: ut hic & hæc arpinatis perfectum circunflexum habuit penultima syllaba quæ mansit in concisione. dicimus enim hic & hæc arpinas. Similiter si dicamus munit pro muniuit: circũflectitur quia muniuit quæ integra dictio est supra se habuit circunflexum: sic etiam tuguri pro tugurii acutum debet habere: & terenti pro terentie: salusti pro salustie. Euphoniæ tamen causa uel metri est quando nominatiuis utuntur pro uocatiuis: ut deus p̱ dee: fluuius pro fluuie: ut Virgilius Hesperidum fluuius regnator aquarum: & populus & popule. Lucanus. Degener o populus: unum autem inuenitur appellatiuum solum quod in i & in e profertur: ut filius o filie: & o fili. Discipu. ut quæ pars est? Magist. aduerbium. Discipul. quid est aduerbium? Magi. pars orationis & cætera. Disci. quot accidunt aduerbio? Magi. tria: significatio: comparatio & figura. Discipu. cuius significationis est? Magis. hic temporalis. accipitur enim pro postquam. quando autem significat ἵνα graecam coniunctionem loco coniunctionis accipitur causalis. est tamen etiam similitudinis aduerbium. solet autem ei adiici tam coniunctionem significã ti q̃ aduerbium: additur etiam ei nam: & inuenitur optandi aduerbium utinam. Igitur & ut uti significant aduerbium quod quando tempus significat uel similitudinem uel quantitatem siue interrogationem: idest quando quomodo significat. quando uero ἵνα uel ὅπως graecam coniunctionem significat: coniunctionis loco accipitur. Compositum namq; ab uti utinam aduerbium est optandi: ut diximus. Præterea pro uidelicet utique affirmandi est aduerbium. Discipulus. quem habet accentum? Magist. ut uti: & utinam præpositæ grauantur per omnes syllabas: subiunctiuæ autem generalem accentum seruant. Sciendum tamen est q̷ ut quoque inuenitur etiam pro optandi aduerbio: ut Terentius in phormione. Vt illum dii deæque omnes perdant: cum uel quoq; compositum tam ut q̃ uti: similitudinis aduerbium faciunt: uelut ueluti: ut Virgilius. Ac ueluti magno in populo cum sæpe coorta est. Discipulus. infractos quæ pars est? Magister. participium significationis passiuæ: formæ perfectæ: numeri pluralis: figuræ compositæ: ex duobus integris. Et nota q̷ inueniuntur participia ex uerbis quæ non ex duobus integris componuntur: integra: in utraque parte inuenta: ut infringor ex integro & corrupto: tamen infractus ex duobus integris fit. Ideoque possumus non a uerbis deriuata accipere: sed magis a se composita. Similiter impingo impactus: contingo contactus. Similiter perficio perfeci: deficio defeci: conficio confeci: nec mirum in uerbis & in participiis hæc inueniri: cum etiam in omnibus nominibus possint huiuscemodi compositiones esse: ut idem tam masculinum q̃ neutrum: ex duobus est corruptis: eiusdem uero ex integro: & corrupto: econtrario: alteruter ex duobus integris: alterutrius uero ex integro & corrupto. Discipulus. declina uerbum. Magister. infringo infringebam. & cætera. Gerundia uel participialia nomina infringendi

Virgilius &cæ. alibi auctor hoc idem repetit. contra rñ Martianus & zenobius tẽdũt in hoc canone.

do.dum.ifractum ifi actu. Participia ueniunt ab actiuo praesens infringens: futurum infracturus. Disc. declina passiuum. Ma. ifringor: & caetera: nomẽ uerbale ifi actor. foemininum infractrix: ipsa res ifi actio. nomen rei infi actus infractura. Ostendimus enim saepe p participia actiua futuri temporis. foeminina. n. etiam p ipsa re accipiuntur: ut pictura usura natura iunctura: sic etiam fractura. Rarissime in or rerũ nomina inueniuntur. ex quibus magis uerba nascunt᷑: nõ ex uerbis nomina: ut a labor laboro. a color coloro: ab amor amo: ab honor honoro. Disci. dic alia composita. Ma. confringo pfringo defringo: suffringo. Di. cur frango fregi facit pteritum. Ma. qa tertiae coniugationis uerba in go desinentia r antecedente si fint simplicia faciunt pteritum in si: ut mergo mersi. spargo sparsi: alia uero in xi: ut pingo pinxi: tingo tinxi: rego rexi: unde & ab eo composita: pergo perrexi: surgo surrexi. exceptis lego legi: & ex eo compositis: quando eandem significationem seruant: ut relego relegi: perlego perlegi: mutata autem significatione in xi: ut diligo dilexi: intelligo intellexi: negligo neglexi. Excipiũtur similiter frango fregi: pango pegi. uel pepigi: ex quo impingo. excipitur tango etiam tetigi: & ex his composita. Disc. cur etiam infractus. Ma. quia oĩa in gi uel in xi praeteritum facientia: per ctus faciũt participia: ut legi lectus: dilexi dilectus: tetigi tactus: sanxi sanctus. Excipiuntur duo: ut flexi flexus & fluxi fluxus. Di. aduerso quae pars orationis est. Ma. nomen hic, quia caret tempore. unde licet eius comparatiuum facere aduersior & superlatiuũ aduersissimus. Di. quale est nomen. Ma. appellatiuum. Di. cuius speciei. Ma. adiectiuae: qualitatis & mobile: & deriuatiuum a participio uel participiale. Disci. fac ab eo deriuatiuum aliud. Magi. aduersarius aduersaria aduersarium. Di. declina uerbum. Ma. aduerto aduertis. tit. Discipulus. dic eius frequentatiuum. Ma. aduersor aduersaris: quod ab actiuo factum est deponens: quis aduerto & diuerto aliam significationem habent: scis autem q omnia frequentatiua primae sunt coniugationis: & plerunq a participio p̄teriti solent fieri: uersus uersor: aduersus aduersor. Exceptis in go uel sco desinentibus: illa. n. a praesenti faciunt frequentatiua: ut ago agito: & lego legito: & scisco sciscito: & nosco noscito: uiso. n. uisis & lacesso lacessis: & accerso accersis non sunt primae sed poti9 tertiae coniugatiõis. frequentatiua primae sunt coniugationis: & inchoatiua tertiae meditatiua quartae. Di. dic aliud cõpositũ ab eo quod est uerto. Ma. aduerto conuerto euerto & subuerto animaduerto praeuerto: & pene cum omnibus praepositionibus indubitabilibus inueniuntur: circumuerto anteuerto. Et notandum q aduerbia quoq inueniunt᷑ non solum ex obliquis casibus nominum masculinorum uel foemininorum: sed etiam ipsi nominatiuo similia: ut aduersus quod quidem quia accusatiuo coniungitur magis praepositionem existimauerunt. Versus quoq suppositis localibus nominibus aduerbium esse inuenit᷑: ut italiam uersus galliam uersus. Salustius tamen ei p̄positionem anteposuit in Catilina. in galliam uersus. in hispaniam uersus. Ex aduersum quoque compositum: ut Teren. i phor. ex aduersum tonstrina erat quaedam. A diuerto fit deriuatiuum diuerticulum diuersorium quoq dicitur locus in quo diuertimus: uersus quoq litterarum ordinatio: uel q uertimus stilum a fine ad initium: uel ab initio ad finem. uel q antiqui a dextra pte in sinistram: uel a sinistra ad dextram scribebant. Vertigo quoq & uertex a uerto uerbo fiunt: & uertumnus deus: & uerticordia compositum dea. Di. marte quae ps orationis est. Ma. nomen pprium speciei primitiuae. Di. fac ab eo compositum. Ma. martius tia. tium. solemus etiam & martiaticus. ca. cum. dicere: unde stipendia militum martiatica dicunt᷑. inde deriuat᷑ etiã mauors: ex quo mauortius dicit᷑. tamẽ marspiter quasi mars pater: quõ diespiter. i. pr̃ iuppiter: hic & haec martialis & hoc le. potest tamen esse & pprium martialis. Di. quid interest inter pprium martialis & appellatiuũ. Ma. q si pprium sit masculinum est & abltũm in e terminat: Si aũt appellatiuum sic cõe est & abltũm in i terminat: quõ iuuenalis foelix. Disc. cur mars martis facit. Ma. qa oĩa in ls rs ns desinẽtia interposita ti faciunt grũm: ut puls pultis ars artis mons montis excipit᷑ differentiae cã frons quod quando folium significat frondis facit: frõs enĩ capitis frontis. & lens quando pullos pediculorum significat lendis: quando autem significat

legumen lentis. Præterea glans glandis: cuius quidam nominatiuum & genitiuum similes esse uoluerunt: Libripens uero: quia a pendo uerbo componitur: consonantem uerbi seruauit libripens libripendis. Præterea a corde composita habent genitiuum secundum simplicis genitiuum: concors concordis: discors discordis. Disci. latinus quæ pars est? Mag. nomen deriuatiuum: generis masculini: numeri singularis: figuræ simplicis: speciei deriuatiuæ. Potest tamen & proprium esse regis soceri Aeneæ: & gentile a latio latinus: & possessiuũ latinus ager. Latium autem uel a latendo: uel a latitudine est nominatum: a latino latinitas: a latio deriuatur etiam latius: & latialis. Disci. fac compositum. Ma. latiugena quomodo troiugena: graiugena: sed i eis geminatio i mutauit sequentem i in u alternitatis causa pro troiiugena: graiigena troiugena: & graiugena faciens.

Explicitum est de duodecim carminibus.

Sequitur de accentibus.

Littera est nota elementi. Quæ cum scribitur & in uoce minime resonat; nihil aliud q̃ nota ad formandum elementum esse comperitur: sed cum in uocem ex sono prorumpitur: elementum uocabulum concipit: q cum ratio ita sese habeat quasi imago huius rei esse uidetur: quippe cum ex aere percusso ictu linguæ unde uox formatur perficitur. Vox tanq corpus esse ostẽditur. Nam si corpus non esset; auditus aurium minime ui percuteretur. Sed dum tangit auditum: & reuerberat elementum tripartite diuiditur. s. altitudine: latitudine: longitudine. Habet quidem littera altitudinem in pronunciatione: latitudinem in spiritu: longitudinẽ in tẽpore: hoc est aut alte: aut late: aut lõge auditur: habent etiam syllabæ suum elementum quod productio dicitur. sed inter litterarum elementum & syllabarum hoc distat: q litterarum elementa sunt ipsæ pronunciationes: syllabarum uero elementa, ipsæ productiones. Quid est enim aliud elementum q̃ pars minima partium uocis articulatæ. illud uero quod remanet nota & figura elementi est. Distat autem illud inter litteras & elementa. q elementa, ꝓprie ipsæ pronunciationes dicuntur: notæ autem earum litteræ. Sed abusiue & elementa pro litteris: & litteræ pro elementis ponuntur:

Littera. disputaturus de accentu quod est seminarium uocis litteratæ: uel ut dicũt græci tonus uocis elementalis, orditur a littera: & quia huiusmodi materiæ duobus iam in locis mẽtio a prisciano facta est: & seriẽ eiusdem alii item grãmatici: ut Martianus Diomedes ampliter ostẽdere: nos q̃ breuissime aperiemus quid sibi hac ĩ parte uelit priscianus: uocem litteratam per syllabas distinctã sine tono minime efferri posse, liquidũ ẽ. uerum differenter & uarie: quocirca uidere iã licet quot modis considerari oporteat ĩ uoce elementata ipsius toni concinnitatẽ: ne q̃ quã dissimulanter ad expositionem necessariam per nos omissum esse uideatur. uolunt græci grãmatici præsertim zenobius & Dionysius accentum in tria distribui grauẽ: acutum: circunflexum. & harum partium unicuiq longitudinem breuitatem spirituũ passionem ablationemq cõmuniter esse attributam: ut quilibet eorum tam in lõga q̃ breui: crassa q̃ tenui: innata q̃ distincta: locũ sortiatur: apostrophon non computant inter accentus q nulli sit auxilio uoci: immo magis detrimento & damno: quippe collisionis index est simillimus notæ tenui: id quod latini non figurantes sola metrica processione cõseruant subiunctio autem & subdistictio uocem nec tollunt: nec premunt: sed duntaxat discriminãt atque secernunt: quæ quidẽ oĩa Herodianus & idẽ zenobius locupletissime atq affatim ꝓsequunt. Ista uolẽtibus acutius inuestigare apud eodẽ auctores mõ ingredi faciãt liberalissimus patet accessus.

tiam aliud est littera que uidetur: aliud quod per eam colligitur. Videntur autem litteræ esse longæ aut rotundæ aut quadratæ. colligitur nanque per eas res gesta alicuius dum colligitur de syllabis in partibus & de partibus in orationibus. Sed nos locuturi de partibus, ad accentum qui in dictionibus est necessarius transeamus: cuius rei mysterium præbente deo uitam latius tractemus.

Accentus nanq; est certa lex & regula ad eleuandam & deprimendam syllabam uniuscuiusq; particulę orationis: qui fit ad similitudinem elementorum litterarum atque syllabarum: q etiam tripartito diuiditur: acuto: graui: circunflexo: Accentus nanque acutus ideo inuentus est: q acuat siue eleuet syllabam. grauis ideo q deprimat aut deponat. Circunflexus eo q deprimat atque acuat. Sunt autem accentus decem: quos ita huic operi dignum existimaui prænotare. acutus accentus: grauis: circunflexus: longa linea: breuis uirgula: iphen: diastole, apostrophos: dasea: psyle. Quid est acutus accentus? nota per obliquum ascendens a sinistra in dextram partem: ita. / Quid est grauis? nota per obliquum a summo in dextram partem descendens: ita. \. Quid est circunflexus? nota de acuto & graui facta. ^ Quid est longa linea? nota a sinistra in dextram partem æqualiter ducta: ita. —. Quid est breuis linea? nota iacens similiter: sed panda sicut pars inferior circuli: ita. ∪. (Quid est iphen? uirgula subiecta uersui circunflexa: ita, qua duo uerba cum res exigit copulamus. Ve ante tulit gressum & turnus ut ante uolans tardum præcesserat agmē. Hæc est contraria diastole dextra quidem pars circuli ad imas litteras deposita quæ fit ita. ͻ. & hac nota male coherentia discernuntur: ut est. Tum danai gemitu, atq; ereptæ uirginis ira: & procubuit uiridique & littore conspicit ursus. Apostrophos est circuli altera pars dextra sed ad summam litteræ apposita: quæ fit ita. ͻ. hac nota ostendimus parti orationis deesse ultimam uocalem: cuius consonans remanet: ut est Omnipotens genitor tanton' me crimine dignum duxisti. Dasea uel psylen apud latinos h. uocali addita uel detracta significat. Quid est dasea flatilis quæ hac notatur figura.) Quid est psyle? siccatis quæ notatur sic.

Notandum etiam q acutus accentus apud latinos duo loca habet: penultimum & antepenultimum. Apud græcos autē penultimum antepenultimum & ultimum. Circunflexus autem penultimum tantum. Ponitur nanq; grauis: uel cum acuto: uel cir cunflexo in eadem dictione: sed non tamen in eadem syllaba. Obseruatur nanq; unus accentus in integris dictionibus: ut romanus hispanus. In compositis uero unus similiter: ut malesanus: interea locis sed i peregrinis uerbis: & barbaris noībus uel interiectiōibus, nulli sunt certi accētus. lōq; in ptāte uniuscuiusq; cōsistunt: ut qd necessarium uideat sic i metro ponat. Tres siquidem res accentuū regulas cōturbant: distinguēdi ratio. pronunciādi ambiguitas: atq; necessitas: sed qualiter hæc fiant imitādum ē: ratio nāq; distinguēdi legem accentuū sæpe cōturbat; dū si

Notandum etiam. Accentus nunq̄ transcendit tertiam syllabā. possidet ultimam penultimam antepenultimam: qua in re breuiter hæc modica accipe: ultima existente longa nunq̄ circunflexus fit I antepenultima existēte dictione dissyllaba: ut heros sed acutus. Itē ultima existente breui antepenultima lon a circunflexo idiget si modo accentum ea postulat ut pagus: ut hoc in omni dictione comprehenditur. Item ultima existente longa dictio polissyllaba differēter mutat accentum: ut urania quæ dictio contra quendam semidoctum grammaticā. cum habeat penultimam breuem licēt acutam teneat in eadem latina tamen facta in antepenultimam transfert. Acuti itaque accentus propria sedes ē antepenultima. grauis ultima. circunflexi penultima & ultima longæ naturaliter: circunflexus enim nō ē in antepenultima nisi p epectasin: ut constat homeri testimonio I uno.

quis pronuncians dicat: pone.ergo: uel quia.q apud latinos in ultima syl laba nisi discretionis causa poni non potest accentus. & hoc est quod diximus pone ergo: pone ideo diximus ne computetur esse uerbum imperatiui modi pone. ergo diximus, ne putetur esse coniunctio rationalis quae est ergo. Ambiguitas uero pronunciandi saepe legem accentuum perturbat: ut siquis dicat, interea loci: qui nescit utrum dicat alteram partem iterea, & alteram loci: quod non separantur: sed sub uno accentu pronunciandum e ne ambiguitatem in sermone faciat, necessitas pnunciationis regulam corrumpit: utpote siquis in primis dicat doctus: & addat q coniunctionem & dicat doctusq: ecce in pnunciatione accentum mutauit: cum non in secunda syllaba: sed in prima accentum habere debuit. Sunt quidem tres syl labae in quibus accentus corrumpitur q.ne.ue.ut itaq; quando aduerbium est. nã itaq; quando cõiunctio est dransq; uenerunt nec uiri ad uos carboni busue lumbos assatunt. Syllabae quae correptã uocalẽ habẽt acuto accẽtu pferunt: ut fax: pax: nix: nux: dux: quae ẽt tali accẽtu pnũciãdae sunt quãdo sunt lõgae positiõe: quia naturaliter breues sunt. Quae uero naturaliter ẽ longa circunflexo accentu exprimenda est: ut ros: dos: spes: res: Bissyllabe uero si priorem pductam habent & posteriorem correptam: priorem syl labam circunflectunt: ut meta: creta: roma: Ille uero quae sunt ambae longae: uel prior breuis & ulterior longa: acuto accentu pnunciandae sunt: ut nepos: leges: reges. hae uero quae ambae sunt breues similiter acuto accentu pronunciandae: sunt: ut bonus: malus. Sed notandum q si prior positione longa sit: nec circunflexo: sed acuto accentu pnuncianda est: ut arma: arcus: quia q̃uis sit lõga positione: tamen exprimenda est tali accentu q non est naturalis. οιονοχλοσ. Trissyllabae uero, οιον αιχιον. & deinceps si penultimam correptam habuerint ante penultimam acuto accentu pferũt: ut tullius hostilius. Nam si penultima positione longa fuerit acuet. Antepenultima uero grauabit: ut catillus: metellus. Si uero ex muta & liquida lõga in uersu constat in oratione mutat accentum: ut latebrae: tenebrae. Syllaba uero ultima si breuis fuerit: & penultimam naturaliter longam habuerit: ipsam penultimam circũflectet: ut cethegus: posus. Vltima uero si naturaliter longa fuerit acuet: ut athenae: mycenae. Ad hanc autem rem arsis & thesis necessarii sunt. Nam in unaquaq; pte orõnis arsis & thesis sunt nõ in ordine syllabarum: sed in pronunciatione: uelut in hac parte natura: ut qñ dico natu eleuat uox. & est arsis in tu: quando uero in ra deprimit uox & est thesis de tu: quantum suspenditur per arsim tantum deprimitur per thesim. Sed ipsa uox quae per dictiones formatur donec accentus perficiatur per thesim. Sed ipsa uox quae per dictiones formatur donec accentus perficiatur in arsim deputat. quae autem post accentum sequitur in thesim. his autem praelibatis: nunc de consequentia huius libri uideamus. Latina quidem propria nomina nominatiuum singularem in a terminantia in penultima syllaba accentum seruant: q̃q nonnulla uocalem ante uocalem habere uideantur; quorum alia differentiae causa alia solo usu producenda sunt: ut catilina: urania: stephania. Appellatiua uero eundem accentum seruant. a. terminantia: ut poeta regina: hẽna: fortuna: carina. Composita uero eandem pronunciationem sibi defendunt: quam habent in simplicitate: ut concaua: transfuga, fu. eni in simplicitate breuis est: & iõ trans

Vel quia apud latinos. ultima syl laba tam apud graecos q̃ latinos semp ĩcludit grauẽ. Diomedes tamen ad hoc discrepã tiam notasse uidetur ubi de differẽtia loquitur acuti & grauis accentus secũdũ quãtitatem syllabae. Sed notandum. accentus non mutat quantitatem syllabae: sed tollit qualitatẽ uocis. inquit zenobius grammaticus. iõ nõ est qd mirere si plerũq aurib us dissonat alicuius uocis praesertim graecae enũciatio: quatenus mutandus est accentus mutato idiomate. Acutus autem tam breui quam longe indifferenter praedominatur: ut exemplis sexcẽtis constat. consuetudo latinorũ tenet ut longa accentuetur in plurimum. Quorum alia. dicit ppria nomina latina in penultima seruare accẽtum: ut catilinae sed quaeso dic qua ratiõe urania & stephania latia sint nomina deinde quo exemplo urania penultimã producat. constare pluri mũ desidero: cũ Ouidius in annalibus corripiat. Excipit uraniae facere silẽtia cunctae: sed de his alias uberius tractabo. Si uero muta & liquida. syllaba quae hẽt mutam & liquidam accentu utitur absolute: ut carmine producatur. prosa corripiatur. i. accentum modo in penultima modo in antepenultima admittat: ut refragor quae dictio licet penultimam lõgam habeat ratione tamen mutae & liquidae in antepenultima serua re potest accentum.

fuga & non transfuga dicimus homicida quoque & patricida: ideo longam i in penultimo loco habent quia e longam in i productam conuertunt. Composita uero a cano penultimam corripiunt. excipitur tibicen quod eufoniæ causa pro duabus ii breuibus unam seruat longam: Notantur autem plæraque quę i longam uocalem habent ante uocalē ut philosophia papia: quem admodum unum uerbum fio quod solum i productam ante o uocalem habet. ideo autem diximus plæraque: quia omnia uocalem i ante uocalem habentia i antepenultimam mutant accentum ut ueneria marcelia placentia ausonia innonia: & illa quæ in tia finiuntur: ut iusticia: sapientia: mœstitia: hanc autem regulam sequuntur omnia quæ sic finiuntur præter illa quæ supra diximus: quorum alia differentiæ causa: alia solo usu pronunciantur. Excipiuntur istius ipsius illius genitiui quorundam pronominum: quorum penultimæ indifferenter ponuntur. Illa autem quæ a uerbis colo & gigno componuntur breuem penultimam habent ut: agricola cœlicola siluicola. rurigena terrigena. Reliqua uero omnia in a desinentia participio futuri temporis similia penultimam producunt: ut hæc scriptura litteratura: quæ omnia quando sunt nomina carent tempore. Ea uero quæ u uel q̄libet uocalem habent ante a corripiunt omnia: ut Mantua Capua Danaa. Corsica uero & similia breuiantur: & omnia quæ sunt possessiua & quæ sunt eis similia si i habent in penultima sequente consonante ut cretica isaurica alemanica. Excipitur uesica quod producitur. Quæ enim habent n. producuntur ut romana campana hispana cumana: & hæc omnia secundum diuersas regulas per obliquos casus producta siue correpta pronuncianda sunt. Et finita fixa penultimam habentia i in eadem syllaba omnia producuntur. Alias uero uocales habentia similem regulam sequuntur: ut sedile monile singulare uerbale: quæ æqualiter per omnes casus producenda sunt. O littera terminata præposita uocali e penultimam corripiunt: ut ganeo labeo aleo: quæ solos habent nominatiuos & uocatiuos: Ea uero quæ i ante o habent similiter corripiuntur: sed per cæteros casus excepto uocatiuo producuntur: ut mulio mulionis: quaternio quaternionis: præposita autem qualibet consonante penultimam productam seruant ut imago imaginis uligo nis. fuligo nis. caligo ginis. dissimilitudo nis. magnitudo nis. Quorum alia o in obliquis casibus seruant: & producenda sunt. alia in i conuertunt: & corripienda sunt: ut carbo onis. bubo onis. altitudo inis. I littera terminatum unum inuenitur trissyllabum indeclinabile quod in penultimo breuiatur: ut hic & hæc & hoc nihili. V litteræ finitum unum inuenitur: aptotum in singulari: in plurali declinatur: qd in penultimo liquescit: ut tonitru. Al finita si sint appellatiua in penultima producta sunt: ut uectigal tribunal: consonante antecedente al: excipitur animal. barbara autem propria breuiantur: ut hanibal hanibalis asdrubal lis. quæ omnia obliquis casibus in neutro a productam habent: in masculino breuem habent. Il syllaba terminata corripiunt in penultimo ut hic & hæc uigil huius lis. quod uidetur magis per syncopam proferri. & hoc in obliquis penultimā corripit. Ol syllaba terminatum unum inuenitur quod in penultimo corripitur ut chol. Vl syllaba terminatum unum inuenitur proprium quod breuiatur: hic heriul quod barbarum est. V m terminata breuiantur ut sophronium abrotonium dortium philortium. En syllaba finita si sint a prima coniugatione uel quarta producenda sunt: ut solor solamen. munio munimen: farcio facimen. Sin autem a secunda uel tertia corripienda sunt. ut sedimen regimen. præposita itaque consonante c corripienda sunt: ut tubicem fidicem. excipitur tibicem quod solum producitur: ut prædiximus. Ar syllaba terminata producuntur ad instar supradictorum nominum ut torcular lacunar puluinar: notatur laquear quod breuiatur: quæ omnia in obliquis producuntur: excipitur iubar ris. impar ris. quæ in obliquis breuiantur teste Virgil. ut iubare exorto. & idem. numero deus impare gaudet. & propriis nominibus arar ris. cæsar ris. bostar ris. Er syllaba finita si sint neutri gene. in penultima producenda sunt: ut cadauer papauer: si masculina aut fœminina sunt corripiuntur nisi sint positione longa: ut alacer uolucer medioccr: & hæc mulier: & omnia hæc & similia in obliquis corripiuntur: ut cadauer ris.

uolucer uolueris:excepto mulier mulieris:cætera autē omnia cadaueris papaueris liceris & tu
beris itineris sileris cineris corripiuntur. In ir syllaba terminata breuiantur ut semiuir:duumuir:
triumuir:& oïa in obliqs casibus sub uno accētu ꝓferēda sunt. Or syllaba terminata ī uocali ꝑpo
sita breuiantur:ut melior doctior:& hæc omnia in obliquis productionem sibi defendunt. Pro
pria uero nomina corripienda sunt:ut hector hectoris. nestor nestoris. producuntur appellati-
ua tam masculini q̄ fœminini generis q̄uis non habeant i ante or:ut odor odoris:amor ris. uxor
ris. soror oris. neutra autem breuiantur ut æquor ris. Notetur memor & ab eo composita ut im
memor quæ sunt oïs generis corripientia o in obliquis:& indecor cuius simplex decor penulti-
ma correpta inuenitur apud uetustissimos:quando pro decorus ra.rū accipit̄:& arbor ris. qđ
est generis fœminini:& a puero composita ut publipor & marcipor:& oïa in or desinentia neu-
tra uel græca:& quæcunq; deriuant̄ uel componunt̄ a primitiuis unum cōmunis generis quod
ꝓducit̄:ut hic & hæc auctor. Ur syllaba terminata breuiant̄ ut lepisur:sapisur:& oïa in obliqs
casibus breuiant̄:sapisur ris. similiter satur ris. hoc iecur hoc guttur. hoc sulphur. iecur oris. uel
iecinoris. As finita ꝓducunt̄ ut dignitas fœlicitas:& oïa a l'ram seruant in oī casu productā in
qua terminatione quędā masculina prim ꝓpria partim a noïbus ciuitatum trāslata per synco-
pam ꝓferunt̄:& accentum in ultimo seruant:qđ est cōtra regulā latinorum:ut mecœnas lari-
nas arpinas: sed i uetustissimis libris iueniunt̄ ꝓferri larinatis:mecœnatis:unde subtracta ti ac
cētus remāsit. Es syllaba finita breuiant̄:ut hercules sonipes alipes miles gurges stipes. Excipi
tur hæres hæredis. locuples locupletis:quæ in obliquis breuiant̄. Et est notādū q̄ oïa q̄ sunt qn
tæ declinationis ꝓducunt̄ in obliqs:qm̄ eorꝫ penultimæ i ntō corripiunt̄ uocali ante s posita:ut
facies faciei:dies diei:cōsonāte aūt ante s posita corripiuntur in obliquis ut fides fidei. Præterea
unū notat̄ in eadem clausula es finitum:quod non quintæ:sed tertiæ declinationis ē:quod ꝓdu
citur:ut quies qetis. cætera in obliquis corripiuntur:ut abies paries aries. Is syllaba finita si sint
accidētia producunt̄:tamē hæc cōmunia sunt cōis generis faciētia neutrū in e ꝓducunt̄ in obli-
qs:ut hic & hæc suauis & hoc suaue. memoralis spalis. Appellatiua aūt q̄dā sunt producenda:
securis sinapis liberis:cætera corripienda sunt in obliqs q̄ sunt dissyllaba in ntīs:ut lapis lapidis:
iaspis iaspidis. puluis sanguis:uomis uomeris:pollinis. excipit̄ impubis qđ corripit̄ tam in ntō
q̄ in gtō. Os syllaba terminata i penultimis ꝓducēda sunt:ut sacerdos dotis:lepos leporis:qđ
eloquentem significat:nepos. Us syllaba finita in penultima ꝓductionē sibi defendunt ut tri-
bunatus:cōsulatus magistratus pricipatus:& oïa q̄ a uerbis ueniunt:quæ sunt similia pticipio:
ut amatus:delectus:strat9:lacessitus:cupitus:munitus:auditus. Excipit̄ hic situs litus quitus
quæ corripiūt:non solum in simplicitate:sed etiam in compositione:ut insitus illitus neqtus ci
tus uero licet corripere & producere. dicimus. n. incitus ꝓducte. & icitus correpte. Composita
uero ab eo corripiunt̄:ut aditus obitus præteritus. A do quoq; composita & a sto corripiunt̄
composita:ut datus unde fit inditus. a status:unde institutus:a reo quoq; rat9 unde fit iratus:
a spiro quoq; & halo noia uenientia breuiantur:ut spiritus halitus. ab ambio quoq; fit similiter
ambitus. sed quoniam pticipiale ē seruat penultimam productam:sicut ambitus. A rutus quo
q; composita penultimam corripiūt ut erutus dirutus. Notandū est aūt q̄ hæc quādo sunt no
mina carent tēporibus:qm̄ participialia tp̄s cū significatiōe demōstrāt:ut amatus sū ab illo. No
mina aūt tertiæ declinationis terminantia in us ntūm breuiant quæ a supradictis regulis non ī
ueniuntur ut seruitus fraxinus. excipitur papyrus:quod ꝓducitur:ut hæc papyrus huius pa-
pyri. Alia autem omnia q̄q̄ non sint longa in nominatiuo in obliquis producūtur: ut seruitus.
tutis. palus paludis: iuuentus iuuentutis. Excipiuntur hæc quæ corripiuntur: lepus leporis:
uenus ueneris: ligus liguris:quod est animal:propria uero uel appellatiua masculini generis. si
ue ex se fœminina faciunt:siue in aliud genus minime transformantur si sunt trissyllaba. uel te-
trassyllaba ac deinceps habentia i corripiuntur. Terentius:martius. excipiuntur hæc quæ hn̄t a ī
penultima: uel possessionē significant: aut a possessoribus deriuant̄: ut terentianus: martianus:

capuanus: beneuētinus: hispanus: placētinus: taurinus. quæ aūt habēt c inter i & u. corripiunt ut porticus: rusticus: gallicus: romanicus. excipiūtur quæ habent a. ut tauticanus. Ax syllaba finita breuiant: ut ptinax: cōtumax: & oīa i obliqs casibus ,pductā a habēt: ut ptinax: cōtumax. Ex syllaba finita breuiant: ut artifex: aurifex: opifex: q̄ oīa in obliqs casibus corripiunt: ut opifi cis: artificis: murex muricis: forex foricis. Excipitur unum mascu. generis. s. uerux quod in obliquis casibus ,pducit: ut uerux uerucis quod animal est. Ix syllaba finita producunt: ut bellatrix: uenatrix: excipiunt meretrix: genitrix. sed hæc in obliquis corripiuntur uenatricis: meretricis: radicis. Excipiuntur hæc quæ grauantur: ut salix salicis: calix calicis: filix cis. Ox terminata breuiantur: ut uelox: atrox: celox: sed in obliquis producunt: ut uelocis: atrocis: celocis. Ux finita syllaba producunt: ut polinurux: colinurux: polux: Excipitur coniunx gis. quod quidā i ntō sine n scribi uolunt: quod in obliqs casibus amittit: ne uerbum putetur. T littera terminata tam in nominatiuo q̄ in obliquis casibus breuiantur: & oīa neutri generis sunt: ut caput capitis: sinciput sincipitis: occiput occipitis. Persius. Fissa fumosum sinciput aure. Quæ in duas consonantes desinunt si sint longa positione aut in compositione ,pducuntur: in simplici figura ,pductionem sibi defendunt: ut cædēs: tradēs: clamās: cōclamās. Cætera uero breuiant: ut oīpotēs: penipotēs: audiēs: & hęc oīa tam longa q̄ correpta in obliquis ,pducunt: quia seruant positionem Excipiunt quæ nō seruāt: ut inops inopis: hyems mis: celebs bis: adeps pis.

Regulis accentuum noīs expositis tractādus est accentus qui in uerbis cōsideratus certis diffiniēdus est regulis. Vniuersa enim uerba primæ coniugationis: quæ in secunda psona as syllaba finiuntur cum in trisyllabis & in tetrasyllabis ueniunt: in penultimis syllabis per omnes modos producenda sunt. ut amo amas. bam. ui. Excipit præteritum plusq̄ perfectum: quod corripitur solum: ut amaueram. & futur eiusdem modi in primis & in secundis personis pluralibus: cuius exēplum est amabo amabis amabit. & pluraliter amabimus amabitis amabūt. Ab his nāq; regulis exeunt nouem: quæ in ui diuisas syllabas mittunt pręteritū pfectum & plusq̄perfectū primas & secūdas personas plurales futuri indicatiui corripiunt: ut seco secas. rā. cui. secabimus. bitis. cætera namq; producuntur: ut domo domas bam. domabo domabunt. seco secas. bam. secabo secabunt. frico fricas. bam. bo. ueto. tas. bam. sono sonas. bam. tono tonas. bam. mico. cas. bam. crepo. pas. bam. plico plicas. bam. tamen annexis præpositionibus præsens breuiabit: quod in dissyllabis uenit: nisi positione aut natura ipsa uerba ,pducta sint: ut repeto: resono: reseco: replico: notat autē plico quod præteritum plicui & plicaui facit. Quattuor ab hac regula exeunt: sto: do: lauo: quæ cum componunt sicut in simplicitate: nec in aui: nec in ui exeunt. formulam superiorem sequuntur. resto restiti: restiteram. bimus. bitis. reddo reddidi. ram. mus. tis. excipiunt relauo & reuiuo quæ in præterito sic exeunt relaui: reuixi sequuntur etiam regulam superiorem. excipit relauo quod in præterito perfecto & plusq̄perfecto & in uno futuro coniunctiui modi syllaba la. longam habet. in cæteris uero temporibus breuiantur. relaui. ueram. relauero. Notentur namq; quæ in simplici figura sunt longa: quia ipsam productionem quam habent in simplicitate retinent sibi in compositione. sic & præpositio quando componitur cum aliqua parte orationis qualis ipsa fuerit præpositio & talis temaner in compositione: ut redimo: subuerto: inhæreo.

Omnia uerba secundæ coniugationis quæ es finita in secunda syllaba præsentis temporis cum trisyllabis & in tetrasyllabis: uel etiā in polisyllabis inueniuntur omnia i penultimo corripiuntur: ut rubeo: habeo: misceo: langueo: iaceo: rigeo. sed per cæteros modos superiores formulas: quas in prima coniugatione præscripsimus sequuntur. Notantur quæ in præterito perfecto & plusq̄perfecto: & in uno futuro coniunctiui modi producuntur: & in compositione & in simplicitate. In cæteris autem tēporibus & modis breuiantur: ut sedeo sedi sederam: resideo resedi resederam: caueo caui caueram cauero: uoueo uoui uoueram uouero: uideo uidi uideram uidero.

VErba tertiæ coniugationis quæ is syllaba finiũtur: si in trisyllabis uel in polisyllabis ueniunt corripiuntur in præsenti & in cæteris temporibus: nisi sint positione longa excepto præterito imperfecto præsentis temporis: ubi semper penultima syllaba longa fit: ut tribuo ebam. bui. bueram. buam. buero. Notantur autem quæ in iui uel in cui exeunt in præterito: quæ productionem seruant in eodem præterito perfecto: ut cupio cupiui: quiesco quieui: sapio sapiui. Cętera uero breuem sibi regulam defendunt nisi positionem habeãt: ut contemno cõtempsi: gero gessi. Excipiuntur hæc quæ in præsenti tpe & in cæteris temporibus breuiantur: in præterito uero perfecto & plusq̃ perfecto: & in uno futuro coniunctiui modi producunẽ ut lego gi. gerã. gero. facio feci ram. ro. similiter fugio gi. ram. ro. fodio. ago. emo. ab his ergo regulis discrepant duo uerba: quæ in præterito breuiantur & in præsenti producuntur: ut pono cõgo dicimus repono nis. sui. recogo gis recoegi: co. n. syllaba in præsenti longa & in præterito breuis: similiter ueto duo alia uerba excipiunẽ quæ sunt primæ coniugationis: q̃ ẽt ut superiora in pręsenti sunt producta: & in præterito breuiata: ut do sto. dicimus. n. reddo didi. resto. titi. Notandum nãq; est q̃ oĩs dictio q̃ ĩ trisyllabis aut ĩ cæteris pollisyllabis exit antepenultimam syllabam seu cor. seu ꝓdu. licẽter qd̃ fert poeta ĩ metro ẽ fiducia q̃ nos ꝓtegat oĩpotens rex.

QVartæ cõiugatiõis uerba quæ in i. litteram ꝓductã definunt in secunda persona p̃sentis tẽporis in trissyllabis aut in cæteris pollissyllabis ueniunt oĩa penultimã syllabam breuem habent ut audio accio mollio sæpio. excipiuntur eo & queo & quæ in disyllabis ueniunt: ut scio: sed hæc & his similia regulam primæ coniugatiõis sequunẽ. Nota hæc quæ in præsenti tempore & in cæteris temporib9: breuiantur in præterito p̃fecto & plusq̃perfecto: ut iam in aliis diximus: & in uno futuro coniunctiui modi producuntur ut scio ui. ram. ro. ueuio ni: ram. ro. queo qui eam. ro. Quoniam ut opinor latius & conuenienter tractatum est: de his accentibus: nunc de sequentibus uideamus.

PArticipium nanque illos accentus quos nomen habet in omni loco: ut diximus cum de eis tractabamus.

PRonomẽ uero similiter eisdẽ regulis utitur. Notãdũ nãq; est illa pronomina quæ in ultimis seruãt accẽtũ ut hiccine & nr̃as & uestras iõ apud modernos ita hñt qa apud antiquos hiccine & nr̃atis uestratis dicebatur: unde retinent accẽtũ in ultima quem habebant in penultima & non solum hæc erant apud illos. sed ẽt multa alia quæ differentiæ causa uel solo usu dicebantur: ut egomet feci: nanque syllabica adiectio est in ego ut in aliis uidelicet (ne ce: ut illiccine huiusce.

ADuerbia nanq; si e. terminanẽ breuianẽ in penultima: ut hodie sedule: sed ea quæ a nomine ueniunt ꝓducunẽ: ut tullianæ martilianæ: si m. terminãẽ ut meatim tuatim suatim ꝓducunẽ similiter si i. breuianẽ: ut uesperi: si o cã differẽtiæ ĩ ultimo seruãt accentum: ut falso. similiter in ultima ne putetur: nomen esse: ut una alias. si in r. breuianẽ: ut breuiter. ui ol similiter ut adepol. si in. c. in ultimo: ut istic illic: si in us breuianẽ: ut funditus. Notandum est q̃ aduerbia oĩa q̃ p̃positionibus cõponunẽ: sub uno accẽtu ꝓferenda sunt: ut deinde exinde: hãc aũt regulã seqẽ oĩs cõiũctio: & ĩ cõpositis & simplicibus: ut interea etenim.

PRæpositio uero semper accentum ĩ fine seruat: ut apud ante. Interiectio nullam certã regulam retinet, tamen in fine & in medio acuitur ut papa euax.

¶ De ponderibus & mensuris.

OMni te symmache nobilitatis splẽdore celebratum: ac oĩ naturæ munere p̃stantem: oĩ uirtutis luce fulgentẽ: studiis ẽt optimaꝝ artiũ disciplinarũq; florẽtẽ. iustissimæq; ꝓspera fortunæ meritis uitæ ꝓbantẽ: fama quidẽ antea nobis absentẽ uenerabilẽ faciebat. Nũc aũt p̃sentẽ ueritas supgressa laudes ꝓdicationis. ostẽdit mediocritatis. n. altissimæ q̃ supbiæ calcas tumores: & pietatis põderibus grauissimis supas oĩa. Itaq; gloriosum mihi credas aliqd tãta auctoritate iterrogatiõis mereri. de figuris sicut iussis numeroꝝ breuiter collecta demõstrabo: & de numeris uel põderibus. Præterea Terẽtii metris: necnõ ẽt de præexercitamentis rhetoricis: quæ græci προγυμνάσματα uocant. quoniã diligentius ea sophistæ iunio

res quos sequimur: aptioribusq; diuisionibus ad exercendos iuuenes ad omne rhetoricæ genus exposuisse credunt. petimus igitur sapientem eloquētiam uestram hac enim dignitate nihil in ho̅ie melius nouimus ut & nos huiusmodi frequentius quæstionibus tam præsentes q̄ absentes cum fœlicitate exerceatis. & romanoꝝ diligentia nostroꝝ ad artes suoꝝ alacriores reddatis auctoꝝ: quibus solis cæteras cum graius gētes superasse noscuntur: quaꝝ decus & numen industria uestri nititur culminis.

SCiendū q̄ cū ab uno ad milies mille numeri notent̄ apud latinos nō plus tredecim eos figuris notari inuenimus. Nā principales repetūtur quater singulitā ante quarios q sunt medii nūero q̄ post eos. Sūt igit̄ principaliū figuræ. vii. medioꝝ uero sex quaꝝ rōnes diu exquisitas ut potero breuiter disseram. Vna p i litteram antiquo more atticoꝝ: qui solebāt principalē noīs numeri līam ponere & significare numeꝝ ergo μ. p μια dicentes i. scribebant & Δ Δυο: & τ τρεις & sic πεο. τεσσαρα πεντε επτα οκτω significātes. & ενεα uetustissimi quoq; græci p aspiratiōe h scribebāt. quā habebant. η. Δασειαν in principio: & sic η κ εη. idē est εν εεπτα. sic ηεηεηεη. i. εξηκοντα εβδομηκοντα εκατον. uel. p. sic quod significet ενενηκοντα. quidā aūt & sic scribebāt. nō incongruū tn̄ uidet̄ et uersus græcos aptissime de his numeris cōpositos subiicere. g. Hos igit̄ latini quoq; in plerisq; imitati sūt. nā per i. unū notāt illos secuti. qui qnq; per u. quia quinta est uocalis. a e i o u. decē p x. qa decima est consonās apud græcos. β γ Δ ζ θ κ λ μ ν ξ. uel quod u. apd̄ latinos x. sequit̄. quinquaginta p l. qa apud antiquos græcos λ p ν quæ notæ est quinquaginta ponebant teste Appollonidæ & lucio tarrheo. unde latini quoq; lympha dicunt pro nympha. aquā uel fontē uolētes mōstrare. Virg. in. i. æneid. Dant famuli manibus nymphas cereremq; canistris. Cētum aūt principalē noīs litteram c. quingenta per sequenē līam consonantē. nam post c. d. sequitur. Mille sm atticos per χ græcā. sed ut sit differētia ad decem circūscriptis lateribus (x) quia milia per i. & duas a dextra parte apostrophos iↄↄ decē milia per supradictam formā additis in sinistrā partem contrariis duabus notis quæ sunt apostrophi cciↄↄ. & hoc ad imitationem græcoꝝ qui unius notam subdita linea: nunc quoq; scribūt sic: quinquaginta milia per i. mediā & tres in dextra parte apostrophos. iↄↄↄ. Cētū milia p i. mediā & tres in dextra parte apostrophos: & in sinistra totidē contraria ccciↄↄↄ uel quod uerisimilius est: decē milia notāt per m. circūscriptā ex utroq; latere quō mille idē .i. (M) per x. circūscriptā ex utroq; latere sicur (X) & hoc ad imitationē græcoꝝ: quia χιλια eam līam habēt principalē sm̄ noīs: sed differētiæ cā media linea altior facta est. quia milies quoq; mille p circūscripta solet notari sic (X) ergo quinq; milia cū sit dimidia pars decē milium cciↄↄ dimidiam partē scripturæ seruauerunt sic iↄↄ. quō quinquaginta milia dimidia pars cētū miliū: qui numerus per eadē decē milium scribit̄. tn̄ ex utroq; latere singulis circūscriptionibus iↄↄↄ quinquaginta milia per q quod est initiū noīs & apostrophō: quod milies milies milia per M unde incipit nomen ex utraq; parte circūscriptam (M) & sic cq;.

DE ponderibus ēt necessarium esse putauimus addere. As nūmus est libralis & per scriptam notatur Dupōdius nūmus est bilibris per duas pscriptas. Sestertius nūmus duaꝝ semis librarū per duas ll. & s. ex qua incipit semis pscriptas. unde sestertius dicitur semis tertius: de quo Arūtus hæc ait. Sestertius olim dupondius & semis. i. duæ libræ & semis quasi semistertius quo tpe denarius decussis ualebat: hoc est post duos sequens tertio loco est semis: hoc quoq; secundū atticos & ionas qui ηαι Δραχμον dicebant pro Δυοῖ μισυ Δραχμάς. Teste ēt Dydimo qui hoc ponit ostendens in omni parte orationis & cōstructionis analogiam græcorū secutos esse romanos. unde & Herodotus in. i. historia. G. Septimum semitalētum dixit pro sex semitalentæ: denarius quoq; decē librarum nūmus perscriptā notatur: horū plæraq; in Verrinis Ciceronis licet inuenire antiquissimæ scripturæ emēdatis codicibus obolus dicit̄ ut dardanus docet scrupulus esse. i. sex siliquæ. dragma siue argenti scrupuli tres. uncia dragmæ. viii. scrupuli. xxiiii. unciæ. xii. libra uel mina attica dragmæ. lxxv. libra uel mina grata dragmæ. xcvi. talētum atheniēse paruū minæ. lx. Magnum minæ. lxxxiii. & unciæ. iiii. libralis as unciæ. xii. deunx unciæ. xi. decussis uel dextans: unciæ decem. dodrans unciæ nouem. bessis unciæ octo. septūs unciæ septem. semis unciæ sex. quincuns unciæ quinq;. triēs unciæ quattuor. quadrāns unciæ tres. sextans unciæ duæ. unciā. i. duæ dimidiæ partes unciæ sexcuns: uel ut alii secuntia: tres dimidiæ partes unciæ. semiuncia semi uncia. duæ sextulæ sunt tertia pars unciæ. i. scrupuli octo: siliquus scrupuli sex sextula scrupuli. iiii. dimidia sextula scrupli. ii. Rursus sextula & dimidium sextulæ siliquus appellatur scrupulus siliq̄ sex siliqua est. quod dicunt græci G. uel.

NEcessariū tn̄ existimaui. id confirmanda supradicta a diuersis auctoribus de his dicta subiicere. liuius in. xxxiii. ab urbe condita. Multitudinis eorū argumētum sit q̄ Polybius scribit centū talētis eā athenis stetisse. cū quingentos denarios p̄ciū in capite quod recideret dominis statuissent. Mille. n. ducētos ex rōne achaia habuit captiuos italicos: q̄ rōne ostendit̄ sex milia denarioꝝ hr̄e talētū. Nā cū qngenti denarii p mille ducētis captiuis dati colligant̄. Sexcēta milia denarioꝝ centū e ostēdit fuisse talenta. Cētesima aūt pars sexcētorū miliū sex milia īueniunt̄. Denarii aūt illo tpe nūmi argentei erāt. xxiiii. siliquarū: qd̄ i eodē libro ostendit Liuius signati. lxxxiiii. milia fuere atticorū de. uocant trisi fere denarioꝝ i sin ulis argēteis ē pondus. uide q̄ quattuor drachmæ sūt. lxxii. siliquæ. Diximus. n. supius q̄ tres oboli quoꝝ singuli sex siliquas habēt dracmā faciūt: tres aūt denarii idē habebāt. i. lxxii. siliquas. Idē Liuius in. xxxvii. ab urbe cōdita ostendit magnum talētum atticū octuaginta habere libras: & paulo plus cum supradictorū computatio manifestat. lxxxiii. libras & quattuor uncias habere talētum quod est sex milia denarioꝝ. Liuius talētum ne minus pondo. lxxx. romanis ponderibus pendat: uel sic decreuit senatus: ut nō plus q̄ ternæ libræ & quaternæ unciæ singulis desint talētis. Et sciēdum q̄ cum liuii computatione centū minæ atticæ quarū singulæ. lxxv. drachmas habent faciunt talentum magnū & minus. Nam minus habet. lx. secundū dardanium: quod autem est magnum & minus ostendit. Teren. in phor. Si quis daret talentū magnū. Italica autē mina dracmas habet ut supradictū est. xcvi. quod est libra duodecim unciarū. i. denarii. lxxii. hac igitur computatione. lxxxiii. libræ

ro.& quattuor unciæ quod est magnum talentum: centum minas atticas faciunt. Seneca in.10. epistolarum. Ad nouatum.24. sestertia idest talentum atticum paruum.24. enim sestertia.60. libras habent: Varronis quoq; auctoritate supradictorum plæraq; comprobemus.

MVlta pecuniæ signatæ uocabula sunt æris & argenti hæc. as ab ære. dupõdius a duobus põderibus q unũ pondus assis põdiũ dicebat: sõ q as erat libra põdus. deinde a numero usq; ad cẽtussem a tribus assibus tressis supra: & sic per ꝓportionẽ usq; ad nonussis. In denario numero hoc mutat q primũ est ad decẽ assibus decussis: secundũ a duobus decussibus uigessis: reliq̃ conueniũt ut trigessis p proportionẽ usq; ad cẽtussis. quod Persius oñdit. Quod cẽtũ græcos uno cẽtusse licẽtet: quo magis æris ꝓprium uocabulũ nõ ẽ. Nã ducẽti & sic ꝓportione q̃ dicunt nõ magis asses q̃ denarii. aliæq; res significãtur: æris minima pars sextula q sit sexta pars unciæ: semuncia q dimidia pars unciæ est. Vncia ab uno dicta. Sextans ab eo q sexta pars assis est. Quadrãs a q̃rta: & triẽs q tertia pars: semis q semis. i. dimidiũ assis ut supradictum ẽ. Septuns a septem & uncia collisum. Reliqua obscuriora q a diminutione & ea quæ diminuuntur ita sunt ut extremas syllabas habeãt una dempta uncia deuns dextãs dempto sextãte: dodrãs dempto quadrãte: bes: ut olĩ des dempto triẽte & argentei nũmi: idest ab siculis denarii q denos æris ualebãt: quinarii q quinos. sestertius duobus semis. dupondius. n. & semis antiquus sestertius est ueteris cõsuetudinis. ut retro æra dicerent ita ut semis quintus: semis quartus semis tertius nunciarẽt ab semistertius sestertius dictus. Nũmi denarii a decima libella. Didimus ẽt ita confirmat. Necessariũ esse existimauimus ẽt ipsa noia numerorũ & quæ ab eis deriuantur uel cõponuntur subiungere. Et sciendũ eos declinari numeros qui uariãt genera: qui uero una uoce tria genera cõtinent indeclinabiles esse tã apud græcos q̃ apud latinos: unus una unũ duo & duæ & duo. hi & hæ tres & hæc tria: hi & hæ & hæc quattuor: similiter quinq; & sex & septẽ octo nouẽ decẽ: undecĩ duodecĩ tredecim q̃ttuordecim quindecĩ sedecĩ decem et septem decem et octo decẽ et nouem: uiginti uigintiunus uigintiuna uigintiunum. Sic deinceps oibus cardinalibus numeris minores usq; ad nouẽ addũtur: q̃uis cõtrarium ante decẽ fiat usq; ad sedecim. licet tñ & præpostere maxime coniunctione interposita hoc ꝓferre decẽ & unũ. decem & duo: triginta quadraginta quinquaginta sexaginta septuaginta octuaginta nonaginta centum ducẽti ducẽtæ ducenta. tricẽti tricẽtæ tricẽta. quadringenti quadringẽtæ quadringẽta. quingẽti q̃ngentæ quingẽta. sexcenti sexcẽtæ sexcẽta. septingẽti septigentæ septingẽta. octingẽti octingẽtæ octigenta. nonigenti & nõgenti nonigentæ & nõgentæ noningẽta & nõgenta. Hic & hæc & hoc mille. Ex his nascuntur ordinalia noia: hæc inæqualiter q̃tum ad uocẽ primus & secũdus: æqualiter uero tertius & q̃rtus q̃ntus sextus septimus octauus nonus decimus undecimus duodecimus ab undecim & duodecim. Nã reliqua ex utraq; parte declinãtur cõtra cõsuetudinẽ græcorũ usq; ad nonũ decimũ: ut tertiusdecimus q̃rtusdecimus q̃ntusdecius sextusdecimus septimusdecimus octauusdecimus nonusdecimus uicesimus uicesimus primus uicesimussecũdus uicesimustertius uicesimusquartus uicesimusq̃ntus uicesimussextus uicesimusseptimus: sic oẽs sequẽtes uelut in primitiuis ad imitationẽ græcorũ a uicesimo & supra maiori minorẽ addũt numero plærũq; undecĩ duodecĩ decẽ & duo. ante decẽ uero minorẽ ponũt qñ cõposita accipiũt & sub uno accẽtu ꝓferunt. Nã licet dissoluta cõpositiõe diuersis accẽtibus ea ꝓferẽtes mutare ordinẽ: quõ & apud græcos & dicere decimus & septimus ꝓ septimusdecius: & tertius & uicesim9 ꝓ uicesimustertius sic & similia tricesimus q̃dragesimus q̃nquagesimus sexagesimus septuagesimus octogesimus nonagesimus cẽtesimus ducẽtesimus & ducesimus: tricesimus & tricẽtesimus quatrigẽtesimus uel q̃drigesimus: quingẽtesimus uel q̃ngesimus. Liuius ab urbe condita.31. anno q̃ngesimo: sexcẽtesimus uel sexcesimus septingẽtesimus uel seprigesimus. octingẽtesimus uel octingesimus: nonagesimus & nongentesimus: millesimus. habent ex oibus numeris Romani dispertiua q̃ græci uocant. Διαιρετικά q̃ naturaliter semp plura sunt q̃ppe in multos distribui eũdem significãt numerũ: ut singulos oculos habebãt cyclopes qd' græci dicũt: sicut q ad mille hẽnt latini & singuli bini: q̃ sunt anormala: q̃tum ad uocẽ unius & duorum: terni uel trini: sed terni τριταιοι trini τριτοι magis significat uel τριταιοι trini ludi: q̃trini q̃ni seni septeni octeni noueni deni: undeni duodeni terni deni ex duobus integris quõ tertiusdecius. & dei de q̃terdeni q̃ndeni senideni septẽdeni octodeni nouini deni. Viceni: uiceni singuli uiceni bini. uiceni trini. Similiter cæteri triceni q̃drageni q̃nquageni sexageni septuageni octogeni nonageni. Cẽteni ducẽteni p syncopã duceni. tricẽteni p syncopã triceni. q̃dringẽteni q̃drigeni: q̃ngẽteni & q̃ngeni: sexcẽteni & sexceni: septingẽteni & septigeni: octingẽteni & octigeni: nõgẽteni & nõgeni milleni. Auctores tñ nõ ꝓprie et singulari numero ea ꝓtulisse inueniũtur. Luca. Septeno gurgite nilus. & Vir. in.10. It grauis aulestes: cẽtenaq; arbore fluctũ Verberat assurgẽs. Hæc tñ ipa ẽt semp in plurali cõgeminatis ponũtur ut bina moenia terna. Cice. in.ii. uer. Inter binos ludos q̃a ludi qñ spectacula significant semper pluraliter dicũtur. Liuius in.35. & bina equestria & arma uni quoq; & unæ & una semp pluralibus adiungunt q̃ ꝓ singularibus accipiunt: ut Salu. in cati. Hi postq̃ in una moenia cõuenere. pro in unã urbẽ. Virg. in ii. æneí. Satis una supq; Vidimus excidia: p unũ excidiũ. & Luca. in. iii. totiẽq; in partibus unis bellorũ facere nefas: p una in pte. Donatus in arte prima atq; excepto amphibraco & epitrito quorũ alterũ sescupla alterũ epitrita diuisiõe primur, uniuersorũ pedũ trina cõditio reperit. trina ꝓ tripartita dixit. Primanus primæ legionis. secũdanus secũdæ legionis. Similiter tertianus. unde tertiana febris. q̃rtanus unde ẽt q̃rtana febris. Quĩtanus unde & q̃ntana porta castrorũ. Sextanus septimanus, unde septimana dierũ. vii. Octanus nonanus decimanus. unde decima porta castrorũ decanus quoq; a decem & decuria & decurio nomẽ & uerbũ decurio as. unde decuriana comitia ut a centũ centurio nomẽ & uerbũ & centuriatus ex quo cẽturiata comitia: ex quo succenturiatus. Terẽ. in eunu. Ego in subsidiis hic ero succẽturiatus si qd deficias. Sũt & altera forma ex oĩ numero deriuatiua in rius desinẽtia. exceptis unus & duo. e q̃bus singularis dualis: ut ternarius iãbus: q tres habet pedes: q̃ternarius q̃narius. unde & semiquinarius senarius septenarius: unde & semiseptenarius octenari9 nouenarius denarius: unde denarius nũmus. undenarius duodenarius: ternarius denarius. Similiter cæteri uicenarius trice-

narius quadragenarius qnquagenarius sexagenarius septagenarius octogenarius nõarius. Cẽtenarius ducẽtenarius & ducẽarius tricẽtenarius & tricenarius q̃drigẽtenarius & q̃drigenarius qngẽtenarius & qngẽarius. sexcẽtenarius & sexcenarius: septigẽarius & septigẽtenarius: octigẽtenarius & octigenarius: nonigẽtenarius & nonigenarius: & melius p syncopã ꝓferũtur millenarius. Aduerbia ex oĩ nũero ĩueniunt ab uno qdẽ & duo inæq̃liter semel & bis: a cæteris uero æqliter ter qter & reliq. Oĩa in es ꝓducta desinunt: qnqes sexties septies octies nouies decies undecies duodecies tridecies quaterdecies qndecies sexdecies deciesseptes deciesocties deciesnouies. uigecies & uicies: trigecies & tricies: q̃tragies qnquagies: sexagies septuagies octogies nõagies. Cẽties ducẽties tricẽties q̃tringẽties qngẽties sexcẽties septingẽties octingẽties nonigenties & nõgenties millies. Infinitis tñ numerorꝫ aduerbiis: & n. iterponif: quotiẽs totiẽs similiter multotiẽs. Inueniũtur & aliæ deriuatiões uel cõpositiões multæ a noibus numerorꝫ: ut uniens. ullus unitas unio uniuersus & uno unas unat uerbũ: ternitas uel trinitas: septimana senio. Persius. fare etenĩ id summũ ꝙ dexter senio ferret: milia. semiquinarius semiseptenarius. uĩdenũ & uiduæ trinũ duũ tumĩduũ duũ. Et sciẽdum ꝙ poetæ sæpe deriuatiuis utũtur ꝓ primitiuis uel ecõtra: uel aliis spẽbus ꝓ alusit Vir. in. x. æneĩ. Tot lecti ꝓceres bis denis nauibus ibãt: p bis decẽ. Et Luc. in. vii. Septeno gurgite nilus: p septenario. Sũt p̃terea simpliũ duplũ triplũ quatruplũ & similia q̃ proprie ad pondus uel numerꝫ dicũtur. Simplex duplex triplex & similia: q̃ ad oẽm rem dicũtur. & uerba ex his duplico duplicas: triplico cas. multiplico cas. dupõdius tripõdius: & si. Illud quoq sciendũ ꝙ undeuiginti dicimus ꝓ decẽ & ix. Idest unde unũ deest. xx. uel undeuigĩti post quẽ. xx. nũerus ẽ q̃ rẽ nouẽ & decẽ nũerus. post eũ. n. sequif. xx. numerus. Hora. in. ii. ser. Vnde octogita natus cui stragula uestis. Vñ octoginta dixit. i. septuagita nouẽ annos habẽs ætatis hoc ẽ octogĩta: unde unũ deest. ẽt duodeuigĩti dicũt ꝓ decẽ & octo: q̃d attici. g. dicñt. Idẽ inueniẽ in cæteris cardinalibus nũerꝫ. idẽ trigĩta & q̃draginta & reliqs duo de trigĩta ꝓ uigiti & octo. Vniformis biformis triformis & similia. duo asses dussis dupõdius tressis q̃drassis decussis uicessis tricessis q̃dragessis qnquagessis sexagessis septuagessis octogessis nonagessis cẽtussis: post quẽ numerũ teste Varrone nõ cõponitur cũ asse numeri derus dextãs dodrãs bessis septũs secũs qncũs triens quadrãs sextãs. Sextula libra bilibris trilibris quadrilibris & similia. ãniculus uel ãnus biẽnis triẽnis q̃driẽnis qnquẽnis & similia; biẽniũ triẽnium q̃driẽniũ quinquẽniũ & si. bimus trimus q̃drimus & si. bipes tripes q̃drupes deiceps & decẽpeda & similia; biduum triduum quatriduũ & similia: binoctiũ trinoctiũ quadrinoctiũ & similia: bicorpor tricorpor & simi. biceps triceps quadriceps cẽticeps & similia: bifariã trifariã quadrifariã & si. biparens triparẽs &c. bilinguis trilinguis & si. biuiũ triuiũ & si. bifidus trifidus quadrifidus & si. bisulcus trisulcus & si. geminus tergeminus cẽtũgeminus & si. unimanus bimanus trimanus; centimanus & si. unicolor bicolor tricolor & si. duũuir triũuir qnquẽuir. septẽuir decemuir centũuir & si. bigus. Vnde Vir. in. ii. æneĩ. Bijugo certamine campũ corripuere: & bigati nũmi triiugus quadriiugus & si. Triangulũ. Cæsar in arato. Cor diuite lingua græcia ꝑcurram potius q̃ triangula dicã. Quadrangulum quinquangulũ sexangulũ & simi. bifurcus trifurcus quadrifurcus & similia.

Pondera a pœonis ueterũ mẽorata libellis
Nosse iuuat. pondus rebus natura locauit
Corporeis. elemẽta suũ regit oĩa pondus
Põdere terra manet: uacu9 quoq põderis (æther
Indefessa rapit uoluentis sydera mundi.
Ordiar a minimis: post hæc maiora sequentur.
Nam maius nihil est aliud q̃ multa minuta.
Semi oboli duplum est obolus: quem pondere duplo
Gramma uocant scrupulum nostri dixere priores.
Semina sex alii siliquis lactantia curuis
Attribuunt scrupulo. lentis uergantur in octo:
Aut totidem speltas numerent tristesue lupinos
Bis duo. sed si par generandis his pondus inesset
Seruarent eadem diuersæ pondera gentes
Nunc uariant. etenim cuncta non fœdere certo
Naturæ: sed lege ualent hominumq repertis.
In scrupulis trinis drachmam: quo pondere doctis
Argenti facilis signatur pondus athenis.
Oleaq a drachma non re: sed nomine differt
Drachmam si gemines aggerit quem m'dicier audis
Siliquis drachmæ scrupuli si adiectio fiet.
Sextula quæ fertur. nam sex his uncia constat.
Sextula cum dupla est ueteres dixere duellam
Vncia fit drachmis bis quattuor: unde putandum
Vncia habet: tot enim formis nox namq notatur.
Horis quot mundus peragit noctemq diemq.
Vnciaq in libra pars est quæ mensis in annum:
Hæc magno latio libra est gentiq togatæ
Attica nã maior est. ter quinq hanc denique drachmis:
Et ter uigenis tradunt expleriet unam
Accipe præterea paruo: quam nomine graii
Mnam uocitant: nostriq minam dixere priores:
Centum hæ sunt drachmæ: q si decerpseris illis
Quattuor efficies hanc nostram denique libram.
Attica quæ fiet si quartam dempseris: hinc mna
Cæcropium superest. post hæc docuisse talentum,
Sexaginta minas seu uix sex milia drachmas.
Quod summum doctis perhibetur pondus athenis:
Nam nihil his obolone minus: maius ue talento.
Nunc dicam solidæ quæ sit diuisio libræ
Siue assis. nam sic legum dixere periti.
Ex quo quod soli capimus prohibemur habere:
Dicimur aut partis domini pro partibus huius:
Vncia nam libræ si deest dixere deuncem:
At si sextantem retrahas erit ille decuntes:
Sed nullum reliquo nomen semuncia certum.
Tenta dabit neq enim est huius sesuncia triplex
Dodrantem reliquum uocitant quadrante retracto:
Cumq triens desit: bessem dixere priores.
Idem septuncem dempto quincunce uocarunt.
Post hæc semissis solidi pars maxima fertur.
Nam qui dimidium superat: pars esse negatur.
Vt docuit tenui scribens e puluere musa.
Cætera dicta prius: quibus est semuncia maior
Et de ponderibus superest pars altera nobis.
Humida metiri. seu frugum semina mauis:
Cuius principio nobis pandetur origo.
Pes longo spacio latoq notetur:
Angulus ut par sit: quam claudit linea triplex
Quattuor ex quadris medium cingatur inane
Amphora fit cuius ne uiolare liceret
Sacrauere ioui tarpeio in monte quirites:

Huius dimidium fertur uelut ipsa medimni
Amphora: terq; capit modium sextarius istum
Sex decies haurit quot soluitur in digitos pes.
At cotilas quas si placeat dixisse licebit
Hem inis: recipit geminas sextarius unus:
Qui quater assumptus fit graio nomine chœnix:
Adde duos: chus fit uulgo qui est congius idem:
A quo sextarii nomen fecisse priores
Crediderim: quod eos capiat sex congius unus
Ac cotyle cyathos bis ternos una receptat
Sed de abaco nobis id pondus sæpe notatur.
Bis quinq; faciunt drachmæ si appendere uelles
Oxym baphus fiet si quinq; addantur adistas
Ad mystrum cyati quarta est ac tertia mystri
Quam uocitant cyanem: capit hæc coclearia bina
Quod si mensuræ pondus componere fas est
Sextari cyathus pars est: quæ est uncia libræ:
Necnon ozybaphi similis secuncia fiet
Sicili quumq; tibi mystro simil re licebit
Coclear extremum est scrupuliq; imitabitur instar
Attica præterea discenda est amphora nobis
Seu cadus: hanc facies nostræ si adieceris urnam
Est & bis decies quem conficit amphora nostro
Culleus hac nulla est maior mensura liquoris.
Est etiam terris quas aduena nilus inundat
Artaba cui superat medii pars tertia postres
Nanq; etiam modiis explebitur artaba triplex
Illud præterea cohibere memento
Nam libræ ut memorat bessem sextarius addet:
Seu putos pendas latices seu dona liæi
Addunt semissem libræ labentis oliui
Sebibramq; ferunt mellis superesse bilibri
Hæc tamen assensu facili sunt cred ta nobis.
Nanq; nec errantes undis labentibus amnes
Nec mersi puteis latices aut fonte perenni
Manantes par pondus habent: non deniq; a.
Quæ campi aut colles nuper ue aut ante tulere
Quod tibi mechanica promptũ est depromere musa.
Ducitur argenti tenui ue ex ære cylindrus:
Quantum inter nodos fragilis producit arundo
Cui tono interium modico pars ima grauatur
Nec totus sedeat, totus ue supernatet undis
Lineaq; a summo tenuis descendit ad ima
Ducta superficie tot quæq; in frustra secatur
Quod scrupulus grauis est argenti ærisue cylindrus:
Hoc cuiusq; potest pondus spectare liquoris.
Nam si tenuis erit maior imergitur unda
Sin grauior plures modulos supetesse notabis!
Aut si tantundem laticis sumatur utrinq;
Pondere perstabit grauior si pondera secum
Conuenient: tunc maior erit quæ tenuior unda est.
Quod si ter septem numeros texisse cylindri.
Hos ui deas latices illos cœpisse ter octo
His drachma grauius fatearis pondus inesse.
Sed refert æqui tantum referre liquoris
Vt grauior superet drachma. quantum expulit undæ
Illius aut huius teretis pars mersa cylindri.
Hæc de mensuris quarum si signa requires
Ex ipsis ueterum poteris cognoscere chartis
Nunc aliud partum ingenio trademus eodem.
Argentum fuluo si quis permiscueat auro
Quantum id sit: quoue id possis deprendere pacto
Prima siracusii meus prodidit alta magistri.
Regemq; nanq; ferunt siculum quam nouerat olim
Cœlicolum regi ex auro statuisse coronam
Compertoq; dehinc furto: nam parte retenti
Tantundemq; argenti opifex immiscuit auro
Orasse ingenium ciuis qui mente sagaci
Quis modus argenti fuluo lateraret in auro
Repperit illæso quo diis erat ante dicatum
Quod te quale sciet: paucis aduerte docebo.
Lancibus æquatis quibus hæc appendere mos est
Argenti atq; auri: quod edax purgauerit ignis
Imponens libras: neutro præponderet hasq;
Summitis in aqua quam pura ue ceperit unda:
Protinus inclinat pars hæc quæ sustinet aurum
Pensius hæc nanq; est simulare crassius unda:
At tu siste iugum medi q; e cardine centri
Interualla nota quantum discerpserit illinc
Quodq; notis distat suspenso pondere filum
Fac drachmis distare tribus cognouimus ergo
Argenti atq; auri discrimina: deniq; libra
Libra tribus drachmis super cum mergitur unda
Sume dehinc aurum: cui pars argentea mixta est
Argentiq; meri per pondus: itemq; sub unda
Lancibus impositum expecta propensior auri
Materies subsistet enim. furtum q; docebit
Nam si ter senis superabitur altera drachmis
Sex solas libras auri dicemus inesse.
Argenti reliquum: quia nil in pondere differt
Argentum argento liquidis cum mergitur undis
Hæc eadem puto deprendere possumus auro
Si par corrupti pondus pars altera gestet
Nam quotiens ternis pars illibata grauarit
Correptam drachmis sub aquã totidem esse notabis
Argenti libras: quas fraus permiscuit auro:
Pars etiam libræ quæuis si forte superfit
Hæc quoq; drachmarum simili tibi parte notetur
Nec non sine aquis.

¶ Volumen Prisciani de octo partibus orõnibus: de constructione: de. xii. carminibus: de accẽtibus: de numeris & ponderibus & mensuris explicitum est.

¶ Priscianus grammaticus de præexercitamentis rhetoricæ ex Hermogene translatis.

Fabula est oratio ficta uerisimili dispõne imaginẽ exhibens ueritatis. Ideo autẽ hanc primam tradere pueris solent oratores qa aĩos eorum adhuc molles ad meliores facile uias instituunt rite. Vsi sunt ea tñ uetustissimi quoq; auctores: ut Hesiodus: Archilocus. Hora. Hesiodus qdem luniniæ: Archilochus autẽ uulpis. Hora. muris. Nosant autem ab inuentoribus fabularum aliæ æsopiæ: aliæ cyapriæ: aliæ lybicæ: aliæ sybariticæ. Oẽs aũt cõiter æsopiæ: qm̃ in conuẽtibus frequẽter solebat æsopus fabulis uti: & p tinet ad uitæ utilitatẽ & est uerisimilis: si res q̃ subiectis accidunt personis aptæ reddant: ut puta de pulchritudine aliquis certat. Pauo supponatur hic oportet. alicui astuciam tribuere: uulpecula est subiicieñda. Imitatores aliquos hoium uolumus ostendere hic similis est locus: oportet igi ur modo breuiter modo latius eas differere. quõ aũt hoc fiet si nunc narratione simplici proferant: nunc ẽt sermo induct s figatur personis. exempli causa. Simiæ conuenerũt & consiliũ habuerunt de urbe condenda. & quia placuit illis: paratæ erant incipere ædificationem: sed uetus inter eas prohibuit ab incepto eas docens q; facile capiuntur si intra muros concludantur sic breuiter dices: si uelis producere sic. Simiæ conuenerũt & consiliabant de urbe condenda: quarum una in me

diũ ueniens cõcionata est:qa oportet ipsas quoq; ciuitatẽ hĩ e. Videtis.n.alebat ꝙ ciuitates hñ do hoĩes ẽt hñt domos singuli & concionẽ uniuersi & in teatrũ ascẽdentes delectãt aĩos spectatiõibus:& auditiõibus uariis. Et sic ꝓferes orõnem in orãdo dicẽs ꝙ plebiscitũ scriptũ est:& fingẽs ẽt orõnẽ ueteris firmæ. Expositio aũt fabularum multi circuitionibus carere & iocũdior eẽ. Sed orõ qua utilitas fabulæ retegit, quã epimythiõ uocãt quod nos affabulationẽ possumus dicere:a quibusdã ẽt:a plærisq; tõnabilius postrema ponit. Sciendũ uero ꝙ ẽt oratores inter exempla solent fabulis uti.

De narratione.

NArratio est expositio rei factæ, uel quasi factæ. Quidam tñ usum posuerunt ante narrationẽ. Spẽs aũt narrationis quattuor sunt:fabularis:fictilis:historica:ciuilis. Fabularis est ad fabulas supradictas ptinẽs. fictilis ad tragœdias:siue comœdias ficta. Historica ad res gestas exponẽdas. Ciuilis qua ab oratoribus in exponẽdis sumit causis. Nũc aũt ad ea q̃ ad exercitationẽ ptinent dicemus. quã uariis ꝓferre modis solemus-p rectũ. inclinatũ. p cõiunctiuũ. dissolutũ:& cõparatiuũ: p rectũ ut Medea oetæ filia fuit: hæc ꝓdidit aureũ uellus & sequẽtia. Rectũ aũt noiatur qd per totã uel ampliorẽ orõnem casum seruat. itũ inclinata dr̃ in qua obliqs utimur casibus. ut Medeã Oetæ filiã dicunt amauisse Iasonem. & reliqua. quia alios quoq; casus assumit. Cõiunctiua uero figura est qua arguẽtes utimur:ut qd.n. Medea nõ amauit qdem Iasonẽ ꝓdidit aureũ uellus interficit fratrẽ & sequẽtia. Dissolutũ uero si sic. Medea oetæ filia ꝓdidit aureũ uellus. Absyrtũ interfecit & sequẽtia. Cõparatiuũ est hoc. Medea oetæ filia debẽs pudicitiã seruare turpitudine amoris ꝓdidit eã:& quã decebat custodẽ fraternæ fieri salutis interfecit fratrẽ:& quæ debuit tutari aureum uellus tradidit insidiatori. & rectũ qdem historiæ cõuenit. est.n. planius. inclinatũ uero magis certãtibus rhetoricis. cõiunctiuum quoq; ad arguendũ accõmodatus: Dissolutũ aũt perorationibus siue conclusiõibus. est.n. passiuum. i. affectus animi cõmouens.

De usu.

VSus est quẽ græci nocãt cõmemoratio alicuius orõnis uel facti:uel utriusq; simul celerẽ hñs demonstrationem: q̃ utilitatis alicuius cã plærũq; ꝓfertur. Vsuũ aũt alii orõnales:alii actiui: alii mixti. Orõnales sunt qbus inest orõ sola:ut Plato dicebat musas in aĩs ingeniosoꝝ eẽ. Actiui uero in qbus actus inest solus:ut Diogenes cũ uidisset pueꝝ agẽtem indecẽter pedisse cũ uirga percussit. mixti si addas pcussit dicens:quare sic erudisti? Interest aũt inter usum & cõmemoratiões:ꝙ usus breuiter profert. Cõmemorationes uero quas nocant lõgiores sunt. A sñia uero differt ꝙ sñia indicatiue profert. Vsus uero sæpe ẽt per interrogatiõnẽ & responsionẽ. Præterea ꝙ usus ẽt actu solentiũ cum. Sentẽtiæ uero in uerbis tñ:& qm̃ usus hẽt oio personam quæ fecit uel dixit. Sñia uero sine persona dr̃. Traduntur tñ drĩæ usuũ plures a ueteribus. Alii.n. sunt iudicatiui alii interrogatiui:sed nũc ad instãs ueniamus:hoc ẽ ad operationem & ordinationẽ ad usus pertinentiũ capituloꝝ. Disponendũ igit sic primũ ut laus breuiter dicaf eius qui fecit uel dixit. Deinde expositio ipsius usus hinc cã ut Isocrates dicebat stirpẽ qdẽ doctrinæ esse amarũ:fructum uero dulcem:laus Isocrates sapiens fuit. & producis per tpa locũ. postea sequaf elocutio ipsius usus. nõ.n. oportet nomen ipm ꝑ se ponere:sed latius eã interptari. deinde a cã. Maxima.n. factoꝝ per laborẽ psici solent: perfecta uero afferũt iocũditatem. Deinde utendũ a cõtrario. nã uilissimæ reꝝ non egẽt labore. & finem termi num hñt. Studiosissimæ uero res ecõtrario. Post hæc a comparatione. Quõ.n. agricolas oportet laborantes in terra accipe fructus:sic ẽt eloquẽtes. Deinde ab exemplo demosthenes inclusit sese in ædiculis ad legendũ multo labore post accepit fructũ coronas ꝑdicationes. Deinde a testimonio. ut Hesiodus quidem dixit. Virtutis sudorem dii lõge posuere. alius poeta dixit:laboribus uendũt dei nobis oĩa bona per oĩa inferens exhortationem quod oportet parere illi qui dixit aut fecit.

De sententia.

SEntentia est orõ generalẽ ꝓnunciatiõnẽ hñs hortans aliquã rẽ uel deterrãs. i. dehortans uel demõstrãs quale sit aliqd. dehortãs qdẽ quõ illo homerico. Nõ oportet ꝑ totã noctẽ dormire cõsultorẽ: ut illo Vir. Heu nihil inuitis fas quẽq̃ fidere diuis. Hortans uero ut in illo oportet paupertiẽ fugientẽ ẽt latissimũ pontũ penetrare & ad scopulos inclinare ꝓcipites. demonstrãs uero qualitatẽ rei ut ꝓspere.n.agẽtes indigni occasionẽ accipiũt in sapientẽ malefaciẽdi. ꝓterea aliæ sñiaꝝ sunt ueræ. aliæ uerisimiles: aliæ coniũctæ:aliæ suplatiuæ. Veræ qdẽ ut nõ põt iueniri in uita hoĩs carẽs molestia:& Heu nihil inuitis fas quẽq̃ fidere diuis. Verisimile.ẽ ut siqs cũ malis cõuersaf libẽter:nũq̃ de hoc bene interrogaui uiro sciens qm̃ talis ẽ quales illi cũ q̃ us cõuersaf:& q̃d nõ mortalia pectora cogis Auri sacra fames. Cõiũctæ ut nõ est bonũ multos eẽ reges:unus rex sit:& obsequiũ amicos ueritas odiũ perit. Suplatiuæ ut nihil imbecillius hoĩe terra pascit:& fama maliũ:quo nõ aliud uelocius ullũ mobilitate uiget.

De optatione.

OPtatio uero sñiæ cõsimilis ẽ meditatiõi usus: de quo supius dictũ est. ꝓuenit.n. a laude breui eius q dicit a simplici expõne ipsius sñiæ:a cã:a cõtrario:a cõpatione:ab exẽplo:a iudicio:a cõclusiõe. Fit aũt sñia exẽpli cã. nõ oportet ꝑ totã noctẽ dormire uiꝝ multis cõsulẽtẽ. laudabis igif eũ q dixit breuiter. Deinde simplici expõne eloq̃is sñiam. ut nõ decet uiꝝ in sũma ꝑtãte multis ꝓsidẽtẽ ab occasu solis usq; ad ortũ opprimi sõno. A cã debet ꝓses in curia sp eẽ. Sõnus uero curas oĩbus aufert. A cõtrario cõtrariũ ẽ.n. rex & priuatus & sõnus & uigiliæ. Quõ ergo molestũ non est si priuatus hõ ꝑ totã dormiat noctẽ. sic itolerabile si rex nõ uigiliis cõsulat curis:ꝙ sibi patẽtũ saluti. A cõparatiõe. quõ.n. gubernatores:& si cæteri dormiant soli ꝓ cõi uigilãt salute. sic oportet iperatores curare ꝓ suis. Ab exẽplo. Hector.n. noctu uigilãs & curãs speculatorẽ ad naues græcoꝝ mittebat dolonẽ. Ab iudicio:ut Salu. quoq; hoc comprobat dicens. Sed multi mortales dediti uẽtri atq; sõno:uitã sicuti pegrinãtes trãsiere. Cõclusio uero hẽt exhortationẽ plærũq;:ut oportet & nos necessarias res sospitẽtes nimia cura uigiliisq; eis cõsulere.

De refutatione.

Diuidit & geminas diuersis partibus oras:
Quas tamen extremas coniungit terminus unus
Ad dextram partem protenditur illyris alma:
Post hanc dalmatiæ populorum martia tellus
Ad leuam ausoniæ porrectus continet isthmos
Quem tria circundant maria undiq; littore curuo

Tyrrhenum siculum: necnon simul adria uastus
Finibus at propriis exceprant singula uentos
Tyrrhenum zephyro: siculum sed tunditur austro
Adria succurrens eoo frangitur euro.
Ast post sicanium tractu diffunditur alto
Ad syrtim pelagus libycis quae cingitur oris
Maiorem: post quã minor excipit aequora longe
Atq; sinu gemino resonantia littora pulsant.
Finibus a siculis cretaeum tẽditur aequor:
Ad solis ueniens ortus salmonida poscẽs
Dicitur eous qui cretae terminus esse:
Post hanc est geminum mare uastum fluctibus atri
Fluctibus hismarici boreae quod tũditur atris
Quod ruit aduersus celsae de partibus arcti
Quod prius est pharium: perhibent hoc littora tangi
Praecipitis casu montis: post unda secũda
Sidonium est pelagus penetrat qua gurgite põtus
Issicus arctoas ad partes aequore uergens
Non longe rectus, cilicum nam frãgitur oris.
Hinc zephyros poscẽs ueluti draco flectitur undis
Quod iuga mõtiuagus uastat: siluasq; fatigat:
Partibus extremis pamphylia clauditur isto:
Atq; celidoniae rupes cinguntur eodem.
At procul hinc zephyrus finit patareide summa.
Post haec arctoas ad partes aspice rursus
Aegeum superat qui fluctibus aequora cuncta:
Dispersas uasto qui gurgite cycladas ambit
Terminat hunc imbros pariter tenedosq; coercens:
Angusta trahitur quae fauce propõtidis unda
Asia: quam supra populis distenditur amplis
Ad notiam partem qua latus ducitur isthmos
Threicius sequitur post bosporus hostia ponti:
Hoc nullum perhibent terras angustius orbis
Esse fretum dirimens. hic sunt simplegades arctae.
Panditur hic ponti pelagus titanis ad ortus
Quod petit obliquo boream solemq; meatu
Hinc atq; hinc medio percurrunt aequore colles
Vnus qui ueniens asiae de parte carambis
Dicitur australi: sed contra finibus alter
Prominet europae hunc criu dixere metropon.
Ergo conueniunt aduersi gurgite tanto
Distantes: quantum ternis transire diebus
Ualeat nauis: bimarem sic aequore pontum
Aspicias similem cornu quod flectitur arcus
Neruo curuati distento dextera neruum
Assimulat recto trahitur nam linea ductu
Extra quam boream quo scandit sola carambis
Sed formam cornu geminatis flexibus edit
Litus quod pontum cingit sub parte sinistra
In quam maeotis penetrans aquilonis ad axes
Quam scythiae gentes circũdant undiq; ripis
Et matrem ponti perhibent maeotidis undam
Scilicet hic ponti uis exit gurgite multo
Cimmerium torrens per bosporon: hic ubi tauri
Cimmerii gelidis habitant sub finibus unum
Haec maris est species splendens haec forma profundi.

NVnc tibi tellur is regiones carmine pandã.
Vt cernas aiotion uisas lumine terras:
Atq; docens alios lauderis pectore docto.
Incipiẽs libyae tenuisq; a tethyos undis
Oceanus tyrias qui pulsat gurgite gadis
Tenditur ad notias partes & solis ad ortus
Et mensis formam reddit mẽsoribus actis
Quam tradunt terram non aequa margine cinctam
Terminat haec fines rubri prope littora ponti
Latos aethiopum populos: quos possidet alter
Quem calidis iuxta terris pascuntur erembi
Hos pelli similes pardi dixere priores
Nãq; solum squallens urbes distinguit opacas
Has sitis hac humor latos uariatur in agros
Sed summam libyen habitant ad tethyos undas
Alcidae qua sunt statuae maurusia plaebes
Post hos immensae nomadum de semine gentes
Atq; masaesylii necnon masylia proles.
Saltibus hos duris asper siluisq; uagantes
Victis alit saeua quaesitus caede ferarum
Scilicet ignaros terras ꝑscindere aratris
Agricolasq; boues palustris domitare sonoris:
Nãq; erant nemorum per dumos more ferarum
Quos prope tenduntur fines carthaginis altae
Perpetuas tyriis celebrat quae condita laudes
Qua regnãs foelix dido per saecula uixit.
Atq; pudicitiam non perdit carmine ficto
Hanc minor insequitur syrtis maiorq; secunda
Qua tumor immensus tyrrheni pellitur aestus:
Accersusq; furit siccisq; receptus arenis
Ast inter syrtis urbs est quam nomine dicunt
Esse neapolin: hanc supra iustissima fertur
Hospitiis gaudens gens degere lotophagorum
Hos licet ad fines desertas cernere terras
Extinctis populus nasamonum marte latino.
Asbystae post hos terrarum rura tenentes
In medio summis lybies & gentibus ammon
Necnon cyrene clarorum mater equorum
Vrbis amiclae propter quam condidit olim
Marmarydae. post hos aegyptia flumina uertunt
Getuliq; supersunt ulciniq; nigrentes:
Continuo post hos sequitur pharisia tellus
Hanc habitant iuxta garamantes debite clari
Quae superat cunctas urbs miro munere fontis:
Frigore qui noctis feruet calefactus & umbris,
At soli friget radiis glacialis & igni
Omnibus extrema populis clauduntur in hora
Aethiopes: libyes ubi finit littore cerne
Oceanum nimio quae pulsat sole calentem.
Nec lõge feruent blemiotum collibus agri
Hinc fluuii pinguis descendunt flumine nili
Partibus a libycis: qui currens solis ad ortus
Siris ad aethiopum populis cognomine fertur.
Versum cultores nilum dixere syenes:
Hinc currens nilus ad partes flumine pingui
Fertilis aegypti terras fecundat opimas:
Septeno ferit pellaeum gurgite pontum:
Non alius tantum fluuiorum ditat arenas:
Atq; trahens limum complectitur ubere campos:
Hic satis libyen asiae disterminat oris:
Haec ortus cernit: uidet austros illa calentes.
Hanc habitant iuxta sapientum corda uirorum
Disposuere uias qui uitae mente potenti:
Et primi dederant sulcos & semina terris.
Obliquos solis tractantes pectora cursus:
Horum telluris fines nunc carmine dicam:
Et formam celebrat quam gloria magna per orbem.
Haec igitur lata diffusa patescit in aruis
Fertilis: & superans alias pinguedine glebae:
Marginibus laterum formatur at undiq; ternis

Lata quidem boreæ sub littore tenditur oris:
Ast ortus angusta petit: summamq; syenem:
Quam celsi media montes utrinq; coercent
Irrigui per quam descendũt flumina nili,
Hanc habitant homines multi pariterq; opulenti
Qui ueteris claræq; colunt sub mœnia thebes
Quam perhibent centum portas habuisse priores
Filius auroræ memnon quæ regna tenebat.
Hic sunt & septem mediis in finibus urbes:
Quas celebrat totum discurrẽs fama per orbem.
Et quicunq; maris uiuunt prope littora uasta.
Qua lacus est ingens liquidæ serbonidis undæ:
Ad cuius zephyrum macetum sunt mœnia regis:
Et pharos in idothes scopuli pallenidis alti.
Post urbs sub casio pellusi uergit ad ortus:
Nauigiis populus duris quam possidet aptus
Non tamen est libyes ponendus finibus iste:
Scilicet æoas nili qui continet oras:
Nili quem circum flotet mirabilis arbor:
Extinguit quæ sitim pomo: cui nomen ad ipsos:
Hæc facis libyes. hic claudit terminus illam:
Sunt tamen hic aliæ gentes: quæ littore summo
Tethyos aut medus habitant telluris in aruis
Et gratas circum ripas tritonidis undæ:
Hic lapis heliotropius: qui nomine uero
Dicitur. conuertit radios nam solis in unda:
Si quis eum fusa labris immergat aenis
Sanguineisq; rubens resplendet luce coloris
Purior at soli retinet nudatus ab undis.

S I placet europes quoq; me nũc dicere for(mã
Haud taceã. siĩs lybiæ ẽ: sed uergit arctoi
Finibus & pariter distẽtis pergit ad ortus
Linea nãq; asiæ similis diffugit utrãq;.
Hæc notias spectat: partes aquilonis ad illa:
Ast ambas unam si terras esse putemus
Assimilent conum laterum compagibus æquis:
Cuius ad occasus est summum. lata sub ortu:
Sic europa tibi facili dignoscitur arte.
Ad cuius summum prope metas herculis alti
Magnanimæ gentes dederat quis nomẽ hiberus
Ad spacium multum terrarum tuta colentes
Oceanum boreo contingunt frigore durum
Scrutantq; decus pulchrum sapientius auri.
Quos tamen haud maculat psens. nec deiicit absens
Qua sunt germani bellantes. atq; britãni
Saltibus hercynis germania subiacet atrox
Hæc tergo similis taurino dicitur eẽ.
Et pascit uoluchres mirum fulgentibus alis:
Quis ducibus noctu cernuntur flexa uiarum.
Pyrrhenes sequitur mons: post hunc celtica tellus
Eridani fontis contingens rauca fluenta.
Hic phaetonta suum caræ luxere sorores
Hic electra legunt alnis stilantia celtæ.
Succina quæ memorant melius uini ue colore:
Quæ paleas rapiunt tactu: frondesq; caducas:
Post hos tyrrheni: quos iuxta solis ab ortu
Incipiunt alpes: quibus exit gurgite uasto
Oceani rumpens glacialis littora rhenus.
Hunc prope consurgit fons istri flumine lõgo
Qui poscens ortus, euxini peruenit in undas
Irriguam peucen amplexus gurgite quino
Cuius in arctoas est partes barbara tellus
Innumeras gẽtes gremio complexa reducto:
Cui finem faciunt mæotidis hostia uastæ.
Hinc sunt germaniq; truces. & sarmata bellax
Atq; getæ. nec non basternæ semina gentis.
Dacorumq; manus & martia pectora alani:
Atq; dromon tauri retinentes fortis achilli.
Angustum & longum mæotidis hostia iuxta.
Hos equites supra celeres funduntur agaui:
Atq; melanchænum populus metuendus in arcu
Post hippemologi sunt: hippodesq; potentes:
Atq; gelonus cum neuris pictiq; agathyrsi:
Hic ubi descendit porrecta borystenis unda
Euxinumq; subit cum prope tracta metopon
E regione iacet locus hic symplegados arcte
Hic sunt aldesti quoq; panticapiq; flueta
Diuidi currunt ripeis montibus ambo
Immiscent qua se ponti glacialibus undis.
Nascitur electrum præfluens luce nitenti
Mense solet primo qualis splendescere luna
Hos adamanta legunt iuxta fortes agathyrsi.
Tot dirimit gentes aquilonis partibus ister.
Huius ad australes terras getæq; feroces
Noriciq; colunt ballaces pannoniq;
Et mysi thracum boreis in finibus orti.
In quorum terris quas ponti perfluit unda
Ignipotens oleo commixto gignitur herba
Medica cui nomen cuius compescere flammas
Siquis aqua capiat: plus ignem pascit in illa.
Pulueris huic iactus potis est extinguere solus:
Thraces arant post hos latissima rura tenentes
Quæ torrens stringit finitq; propontidis unda:
Atq; hellesponti fauces ægæus: & altus
Nascitur hic scopulus pallene gemma refulgens
Asterium perhibent: stellis certare putatur:
Et flammæ similis splendenti lumine lychnis
Hic ripas istri porrectas undiq; stringunt.

E Vropæ reliquas nunc prius aspice terras
Phœbeos uergẽs: qb9 eminet illa sub ort9
Prima est hispanũ: q frangit littora põtum
Altera tyrrhenũ q pulsat molibus æquor
Tertia quæ graios circumflua gurgite pascit.
Sed tamen oceanum contingit hiberica tellus.
Occiduum calpæ. qua summam sustinet unam
Herculis e statuis: quam supra diues & alta
Tartessus templiq; sedent qui collibus imis
Pyrrhenes: cœlum qui tangit uertice summo:
Ast ambas intra tellus iacet ausonidarum
Limite quam recto mediam secat apẽninus
Qui mons incipiens boreis ex alpibus altus
In freta sicaniæ porrectas terminat oras.
Hunc urbes circum populi gentesq; frequentant
Quos breuiter retegam nostro tibi carmine cunctos.
Tyrrheni primum fortes: iuxtaq; pelasgi
Cyllentes quondam propria qui sede relicta
Tyrrhenis socias petierunt nauibus arces.
Hos prope sunt omni superantes laude latini:
Quorum per terram discurrit in æquore thybris
Regius irriguo dirimit qui gurgite romam
Romam quæ genitrix regnum dominatur in orbem
Post hos pingue solum sequitur campania diues
Hic tibi parthenopes domus est castissima frugũ
Fertilis. hanc pontus propriis exceperat undis
Ad noton est longe supra sirenida rupem
Dicentis silari gurges spectabile flumen:

Hunc habitant prope lucani bruttiiq; coloni
Ad leuca petram longissima rura tenentes.
Hinc ē ad boream:zephyri quæ summa uocatur:
Sub qua sunt locri celeres.qui tempore prisco
Istuc reginam propriam uenere secuti:
Ausoniamq; tenent:qua currit flumen halecis.
Mœnia cernuntur metaponti:deinde crotonq;
Quam pulcher gratam præterfluit æsarus urbem
Vlterius pergens hinc templa lacinia cernēs.
Post hæc est sybaris:periit quæ numinis ira
Præponens hominum tumulos cælestibus aris.
Postere qui priscis ausi certamina soli
Samnitis medio complectitur itala tellus
In gremio:marsosq; simul:tunc deinde tarentum
Tangitur æquoribus:quod muniuere lacones.
Continuo calabræ telluris rura sequūtur
Vsq; hyrii summam:sed tendit iapygis ora:
Qui salis adaiaci trahitur uastissimus æstus:
Atq; sinum penetrans aquileium colligit undas.
Alta tegestræon postreme mœnia terræ:
Qua sinus ionius finitur gurgite lasso.
Hi sunt ausoniæ populi gentesq; potētes.
Flexilis hinc pontus conuertens uergit adortus
Atq; liburnorum terras bellisq; feroces
Bulimeon pariter præstringens littora currit:
Et uenit illyrias late porrectus ad arces:
Quas tollunt mōtes excelsa cacumina summas:
Cernitur hic tumulus qui cadmi dicitur esse
Hermionæq; simul:namq; hic serpentibus illi
Corpora post tempus longum mutasse feruntur
In senio:postq̄ patrium thebasq; relinquunt.
Hinc illos aliud posuerunt numina monstrū.
Namq; duo tumuli concurrunt peste futura
Significat quotiens sæuissima damna colonis.
Hæc regio fontem mirandæ concipit undæ:
Quem merito ueteres dixerunt nomine sacrum.
Nam gelidus superat cūctarum frigus aquarum:
Accensasq; faces si quis prope duxerit undā
Extinguit flammas:recipit sed rursus easdem
Admoneat dextra cum extinctam lampada fōti.
Sed supra traceni:neciion epii on ad austros
Principium terræ doctissima græcia sumit
Ascendens multum geminoq; sub æquore cincta
Aegæo siculoq; monent:qua flumine uenti
Diuerso siculum zephyros tenet:eurus ad altum
Aegæum:sequitur pelopis post īsula lata
Consimilis folio platani:quod muris acuta
Equiparat caudam:cuius iacet isthmos imago
Hellados ad boream sibimet confinia iungens.
Latior at tellus folium seu flexile circum
Cingitur æquoribus zephyrum tryphyllidis arua
Excipiunt:per quam descendit flumine pulchro
Alpheus:qui misseni discindit undis
Eurotæ.terris ambo nascuntur afeis:
Hic tamē eleos:& diuidit ille laconas
Hic mediis habitant latæ telluris in aruis.
Arcades apidanei sub scopulos erymanthi:
Qua melas atq; crathis fluuii qua currit laon:
Tenditur atq; netus:qua lōgo gurgite ladon:
Hic merulos perhibent albos mirabile dictu.
Hic nasci lincem:qui tacto censis ab igni
Extingui nequit quem græi nomine uero
Albestum memorant:ferri nitet ille colore.

Iuxta est argiuum tellus pariterq; laconum.
Ortus argiui uergunt.lacones ad austros.
Aequoribus geminis isthmos pulsatur utrinq;.
Hoc ephyren contra est zephyrus:sed uerberat illud
Eurus imensum quæ mergitur unda profundum:
Nomine quā danai dixere sactonida prisco.
Attica sed tellus post isthmon solis ad ortum est.
Hinc orythyam boreas rapuisse puellam
Traditur.hic illisos:æquis deuoluitur amnis
Boetum sequitur ut finis qua dicitur unda
Esse potestatis diuersæ:namq; duobus
Fluminibus uertit ueruecum lana colorem:
Hoc fuscat niueas:hoc albat gurgite nigras
Locridis inde solum sequitur regionis:& ora
Thessalis & tellus macetum cum mœnibus altis
Sub cuius scopulos tangentes uertice cœlum
Speluncæ ueteris seruant insignia cladis
Finibus in mediis.terrarum nanq; uidentur
Ostrea nutricibus siccata latentibus esse:
Diluuium latebras dederat quod piscibus illas.
Concipit & parit hic naturæ munere gēma:
Quam pæaniten perhibent prægnantibus ista
Auxilium confert facilis releuamine partus.
Cernitur hinc niueas attollens uertice rupes
Aemus threicius:quem contra tēditur agris
Ad zephyrum regio dodones lata feracis:
Ad cuius notia- partes sub rupe aracynthi
Aetolæ gentes sunt belli laude potentes
Campi quos medios acheloia perfecat unda.
Et mare trinacrium perrumpit echinadas intra
Regna cephalenæ prope sunt sapientis ulyxi
Iste galactiten ripis osten dit in altis
Vberibus prodest:necnon infantibus idem:
Et si quis terat hunc:albescit lacte liquescens
Hunc fluuium iuxta præclaros solis ad ortus
Phocis ad arctoos uentos extenditur ingens
Donec cōtingat ealida[?] hostia termopylarum
Sub iuga parnasi cephissos gurgite magno
Quam mediam dirimit descendens murmure uasto
Quam templum phœbi memorabile delphica sedes.

NVnc magno nobis sunt īsulæ ore canēdæ.
Quas hōies toto dispsas æquore cernunt.
Est igitur ponto tellus citerminia prima
Cui nomē gadis:statuas hæc herculis iter
A tyriis colitur cōtinusa uocata uetustis.
Continuoq; iacent gymnasiæ:has paleares
Romani memorant:hinc frangitur æquore busos
Sardoniæ postq̄ pelago circūflua tellus
Fontibus e liquidis præbet miracula mundo:
Quot sanant ægros:pandunt damnātq; nefando
Periuros furto:quos tacto flumine cæcant.
Post quā non longæ cernuntur litrora cyrni:
Orsida quam pariter geminato nomine dicunt:
Hanc solam perhibent catochiten gignere terram:
Corporibus lapis hic ceu glutine tectus adhæret.
Nulla tamen tellus latissima robora siluæ
Sic habili generat:dehinc rupes æolidarum:
Quas septem numero perhibent cognomine plotas
Quippe uiam ratibus pelago dant undiq; uasta
Trinacriæ post hos moles distenditur ampla
Cardinibus ternis laterum quam terminat actus
Procurrens pachyno longæ castrisq; pelori
Excernensq; rates lylibæi cautibus aspris

Eminet ad zephyrꝫ lylibæ:pachynusq; sub ortum
Aspicit auson amborꝫ æq; pelorus ad axes:
Qua mare uix superant haud æquũ mille periclis
Angustum rapido quod frangit gurgite saxa.
Traditur hic pelagi diruptas uiribus olim
Excepisse fretum terras cogente ruina:
Plurima sunt istic totum memoranda per orbem
Dianas fons est:camerina gignitur unda:
Quem si quis manibus non castis hauserit unquã
Lætificio tristis non miscet pocula baccho.
Hæc eadem montem mirandam sustinet ætnam.
Vertice qui summo rigida niue temperat ignem:
Nec superant flammæ frigus:nec frigora flammas.
Hic salis ac ragas miracula possidet unus
Naturas in quo proprias mutare uidetur
Ignis & unda.salem nanq; illum soluere flammæ
Vnda solet crepitus illis coniuncta mouere.
Hic & alesinus fons est mitissimus undis
Tibia quem extollit cantu saltare putatur
Musicus & ripis lætitas excurrere plenis
Cernitur egregius lapis hic.cui nomen achates:
Hoc deerat fluuius cuius generatur ad undas:
Hinc simulachra uides uenis ostendere gemmam.
Aequoris ad siculi quod uastis funditur undis
Ad noton est pontus libyæ sirtisq; uadosa
Maior:at ulterius si pergas cerne minorem
Occiduam iuxta quam menix insula fulget.
Et cercina simul libyca statione patentes
Adria quas penetrat uenias si parte sinistra
Atq; legas calabrum littus.tunc insula magnis
Ostendit sese diomedis nomine dicta:
Quo profugus quondam uictor concesserat ille
Coniugis incestæ per fraudes ægialiæ.
Ionium pergens absirtydas æquor ad ortus
Circuit.has olim colchi tenuere feroces
Lassidum frustra medeæ furta sequuntur.
Continuo post hasce liburnidas aspicis altas.
Ad notias partes:hinc sæua cæraunia nautis.
Insulæ ambraciæ contra cernuntur in alto.
Et corcyra potens:ithaces atq; aspera tellus
Et quas oblimat riuis achelous amnis
Fluminis torrenti præcelsam chalcida linquens
Sed multæ amnis hyperboreæ sub parte uidetur
Aegylaq;:inde cythera calabria duta colonis
Ad radios uergit:sed carpathus hanc prope certæ
Pinguis & umbrosis extendens collibus idem:
Ante ortus solis perhibent fulgore sole.
Gignit hic alimos:quam si quis mordeat herbam
Compescit damnumq; famis:rabiemq; diurnam:
At rhodos ægyptum contra iacet insula diues.
Suniados contra quoq; summum rupis ad ortus
Nubila quam nunquam uerterunt lumina solis:
Nam putus caiæ ponitur telluris abantas:
Supra sunt selanus:necnon ægina.sed ortus
Cernentem cyprum pontus pamphilius ambit.
Post hæc sunt tertiæ citra parareide summa
Fama chelidonias.celebrat quas nomine terras.
Nec procul est arados phœnices æquora cincta:
Aegæi uero diuersis partibus alti.
Ad fauces arctas multæ sunt insulæ abydi
Confines asiæ dextræ:europesq; sinistræ.
Ad boream tamen hæ pertendunt ordine longo
Europes maris contingit abantias oram:
Et celsam scyrus peparethus sacraq; lemnos.
Fertilis atq; rhasos:simul imbros post corybantum
Mœnibus antiquis samothracia cernitur alta.
Ast asiæ partem:quæ tangit æquore primam
Delon circundat :has dicunt cycladas esse.
Contimbos:parados:ceu stellas aspicit almas
Ioniasq; simul:quas inter caunus & airæ
Sunt samnus atq; chius celebratæ nomine claro.
Aeolicæ post:& lesbus tenedusq; sequuntur.
Et sinus inde melas helles prorumpit in æquor.
Panditur hinc pelagus:tumidaq; propontide feruet
Ad boream:saxisq; uiget proconesus in illa:
Est etiam leuis euxini partibus una
Quam leucen perhibent:aduersa borysthenis annis
Pascit aues quondam multas candore niuali.
Hic animas perhibent heroum laude potẽtes
Degere securas uirtutis munere pulchro.
Cimmerium recta:sed si quis bosporon ibit.
Cernitur hinc dextra uastæ mæotidis unda:
Insula mole grauis trans alopecea lata
Post quam phenagoren:hermonassamq; nepotes
Egregiæ quondam coluerunt gentis ionum
Insulæ hæ celebres pelagi sunt nomine claro:
Ast aliam refluum circundat tethyos æquor.
Quarum demostrem positum regionis ad oras:
Aethiopes habitant eritheam pectore iusti
Athlantem iuxta longæui finibus olim
Venit hyperboreus quæ gens post facta peremptis
Geryonis:domuit quem uirtus herculis ingens:
Sed summam contra sacrum cognomine dicunt:
Quam caput europæ:sunt stanni pondere plenæ
Hesperides populus tenuit quas fortis hiberi.
Ast aliæ oceani iuxta borreti das archas
Sunt geminæ thenisq; britannides hostia cernunt.
Hic etenim lasso perrumpit tethya cursu.
Has tamen haud habeat spacio superare per orbem
Insula persulget nigro splẽdore gagates:
Hic lapis ardescens austri perfusus aquarum
Ast oleo perdens flammas:mirabile uisu
Attritus rapit hic teneras seu succina frondes.
Nec spacio distant nesidum littore longe
In quibus uxores amnitum bacchica sacra
Concelebrant hæderæ foliis tectæq; corymbis:
Oceani tranans hic nauibus æquor apertum
Ad thulen uenies:quæ nocte dieq; relucet
Titanis radiis:cum curru scandit ad axes
Signiferi boreas succedens lampade partes
Ad nauem pelago flectenti aquilonis ab oris
Ad solem calido referentem lumen ab ortu
Aurea spectetur tibi pinguibus insula glebis.
Hinc trepidos proram conuertens nauis ad austros
Taprobanẽ ueniet:generat quæ magna elephãtes
Per fines asiæ iacent sub sidere cancri
Litoribus cuius saliunt densissima cetæ:
Quæ pascit uastum mare rubrum mõtibus æqua
Tenditur horribilis:quorum per terra per annos
Spina ferens cladem fatumq; sub ore feroci
Quippe solent pariter nauem sorbere uirosq;
Nam mala tam pelagus ꝙ terra merẽtibus offert.
Vlterius pergas si post carmanida summam
Ogyris occurrat:qua dicitur esse sepulchrum
Regis erythei:dederat qui nomina ponto
Persicus inde sinus penetratur:& icaron offert.

Insulæ: quæ fertur nimium placare dianam.
Tot sunt ingentes quas cingit tethyos unda
Insulæ: ast aliæ diuersis partibus orbis
Dispersæ plures fama latuere minores
Austris difficiles nautis uel portubus aptæ
Quarum non facile est mihi promere noīa uersu.

AST asiæ fines amborum linea monstrat.
Et formam contra positaq; imagine coni.
Paulatim trahit̄ tn̄ hæc orientis ad oras.
Oceanus statuas bacchi qua tangere fert̄.
Finibus indorum postremis gurgite torrens
Qua ganges liquido nysseos irrigat agros
Non tantum & spacio similis telluris apertæ
Scilicet ambabus penetralibus unus in illis
Funditur oceani sinus: & disterminat ambas.
Ast asiæ gremio triplex mare confugit undis
Hircanum pariter persum simul atq; sabæum
Hæc noton: at boreos hircanum uergit ad axes.
Gurgitis euxini uicinum multa uirorum
Milia: quot circum degunt per littora ponti.
Amborum medius campis discernitur isthmos:
Ast asiam qui mons excelsus diuidit omnem
Incipit a mediis terræ pamphylidis oris
Et longis sese spaciis producit ad indos.
Nunc obliqua meās: nunc recto limite currēs
Vertice: quem torno perhibent cognomine taurum.
Cornua nam summus scopulis imitatur acutis:
Multifidusq; suos huc colles spargit & illuc.
Ex hoc innumero descēdunt fontibus amnes
In partes enti zephyri boreæq; uel austri.
Quis memorare queat fluuiorum nomina cūcta?
Non tamen est unum montis cognomen ubiq;
Sed uarii flexus uariantur nomine multo.
Singula sed propriis sunt nomina nota colonis.
Nunc igitur gentes illum populosq; tenentis
Qui celebres memorem: sed fœlix numen adesto
Mæotæ primi tangunt mæotidis undas
Sarmatæq; truces gens aspera martis in armis
Sanguis amazonidum fortis: quos protulit olim
Sauromatis mixtæ quæ thermodoonte relicto
Ingentes genuere uiros belloq; potentes
Innumeras habitant qui siluas gurgite uasto:
Inter quas tanais mæotidis intima pulsat
Europen fluuio dirimens asiamq; reflexo:
Europen zephyro. asiam sub partibus ortus
Caucasi exit cuius fons montibus altis
Murmure cum uasto scythiæ per plana refusus
Nunc tamen immenso torrentem flumine uertit
In glaciem boreas horrendo flumine fæuus
Heu miseros homines habitant qui finibus illis
Aere damnati tristi nimioq; rigore.
Quo pereunt pecudes pariter populiq; uirorum
Ni propere linquant sua tuta furentibus euris
Hi tanain habitant fluuium prope sauromatarum
Cui sunt uicini sindi quoq; cimmeriiq;
Post hos cercetii iuxta quos axenus altis
Fluctuat æquoribus: necnon oretæq; feroces
Et qui troianæ post prælia gentis achæi
Ascalpi regis metricia signa sequentes
Dispulsi uentis istas uenere sub oras.
Post hos eniochi genuit quos græcia tellus
Et zigii iuxta uiuunt regione sub una
Intima sed ponti post fines tyndaridarum
Aegypto missi colchi tenuere coloni
Caucasi montis prope collem & caspia ponti
Littora qua celeres descendunt phasides undæ
Cui cætosq; secant campos: atq; æquora ponti
Nascitur armenii fluuius qui uertice montis:
Ad cuius partes boreas & solis ad ortus
Euxinum dirimens & caspia littora late:
Diffusos spacium per longum panditur isthmos
Quem iuxta terras habitant orientis iberes
Pyrrhenæ quandam celso qui monte relicto
Huc aduenerunt hyrcanis bella frequentes.
Hic camaritarum gens est carissima baccho
Fluctibus hanc propter per sæuit caspius æstus.
Vndiq; quem tereti concludit margine tellus
Sed mare non ualeat tribus illud mensibus ulla
Scilicet immensum nauis transire profundo.
Non tamē exacuit pars una sub axibus æquor
Qua tractum refugæ miscetur tethyos undæ:
Multa quidem generat unis miracula rerum:
Sed tamen egregio cristalli pondere gemmam
Atq; malos lemnes quod pellit munus iaspi
Nocturni manes fugitant: quem membra tuentem:
Hoc igitur pelagus: quæ gentes undiq; cingunt
Incipiens numerum primis aquilonis ab oris
Quæ uergunt zephyro: quas caspia littora claudūt:
Primi sunt scythiæ populi saturnia iuxta
Aequora uiuentes hircaniq; hostia ponti
Quos supra gryphes ditissima rura smaragdo
Qualem non alius terrarum possidet orbis:
Atq; aurum sibimet defendunt pondere puro
Omnia sed duri superans audacia lucri
Aduersus uolucres heu cōmouet arma uirorum:
Prælia nam faciunt arimaspi griphibus hostes
Hic & cristalli perlucet maxima moles.
Hinc nouus sequitur post fortis caspia proles
Hinc sunt albani bellaces matre feroci:
Vnde canes nati superant genus omne ferarum:
Magnus alexander missum sibi uiderat inde
Victorem barriq; canem: rabidiq; leonis.
Post hos cadusii ditissima rura colentes:
Et prope sunt mardi: sequiturq; hircania plebes.
Hinc apyri: per quos mardus deuoluitur amnis
Decerbius bibit hunc præter bactrusq; fluentem
Per quos hircanum currens descendit in æquor
Sed bactri mediis habitant telluris in aruis:
Parnasum late prope montem rura tenentes.
Decerbii uero sub caspia littora uergunt
Post hos massagetæ trans flumen araxis ad ortum
Hospitibus sæui cunctis belloq; feroces
Non bacchi donum cereris nec munera norunt.
Sed lac commixtum potāt cum sanguine equino
Hos iuxta boream uergit chorasmia proles
Sugdias hanc sequitur rapidus quam diuidit oxus
Emodum montem: qui linquens caspia rumpit.
Inde sacæ nimium certis gens mira sagittis
Flumen iaxartem iuxta. quibus arua coluntur
Et tochari phruniq; & plurima milia serum
Illis nulla boum pecoris nec pascua curæ:
Vestibus utuntur: texunt quas floribus ipsi.
Quos tenuat lectos deserti finibus ipsi.
Ast alia scythiæ gens est externa per arua
Quos prope sunt tristes uentis & frigora terræ
Nanq; niues semper pulsant has grandine mixtæ:

Caspius his populum lustratur pōtus & oris.
Aspice post colcos nunc & post phasidis undas
Occasum uersus populos in littore ponti
Euxini: damus hos usq; ad chalcedonis ora
Bosporus angustat scopulis quæ trachius urgens.
Byzeres primi quos mixta terra uechirum.
Macrones post hos pariter: phylireq; sequuntur
Mossyniq; domos præbent quis lignea tecta
Turribus arboreis habitantes unde uocātur.
Hinc pecorum est diues nimium gens tibarenū
Hanc prope sunt calybes durissima rura colentes
Quos labor exercet sæuus ferriq; metalla.
Vicinos istis campos terramq; patentem
Assyrii complent populi qua gurgite uasto
Inter amazonidas thermodon martius amnis
Armenium liquens montem descēdit in æquor:
Huc asiæ quondam deuenit alumna sinope
Ex qua cognomen cœperunt mœnia clara.
Illius fluuii rigidas prope frigore ripas
Inuenies lapidem cristalli pondere puro
Consimilemq; gelu nec non splēdore nitenti
Gemma micans illic perlucet iaspidis albæ
Iris continuo liquidis percurrit in æquor.
Post alis est fluuius boreæ qui currit in ortus:
Atq; carambidis irrumpit prope littora pontum
Armoniis primas qui montibus accipit undas
Paphlagones: post hos maryandyniq; sequuntur
Bithyniq; uiri pinguissima rura colentes:
Qua rhebas pulcher gratissima flumina uoluit:
Rhebas qui rapidi decurrit ad hostia ponti:
Nam prius exposita scythiæ sunt femina gentis:
Nunc asiæ regio contingens littora nobis
Dicatur: partes calidis decurrit ad austri
Atq; hellespontum transit scyriæq; recessus
Poscit & arabiam quæ florent ubere terræ.
Sunt calcedonii primi post hostia ponti
Mœnia bizantis qui cernunt optima contra
Romanisq; pie regnis dominantia mando.
Bebrycii post hos: & mysia montibus alta:
Qua eius egregia decurrēs murmurat unda:
Quanymphas comitem perhibent rapuisse potentis
Alcidæ puerum tristissima fata gementis
Hinc hellespontum pertenditur angulus ingens
Qua breuior phrygiæ pars est: nam latior intus
Sangarii ripis fluuii uicina rapacis:
Tenditur hæc potius ritanis pinguis ad ortus.
Altera ad occasus sitæ sub montibus idæ
Altera quæ cecidit præclaro nomine terra:
Ad xanthi liquidas necnon simeontis ad undas:
Post hæc eoliæ tellus prætenditur oræ
Fluctibus ægæi primis quæ tunditur alti.
Inde tenet terras pelagus prope sanguis ionum
Per quas meander pinguis descēdit in æquor
Inter miletum currens: latamq; prienem.
Ad latus istorum boreum sunt mœnia clara
Vrbs ephesus: claudit quam grato littore pontus.
Post has meoniæ tellus quæ uergit ad ortus:
Et molli colles: fluuius quibus aurifex exit
Pactolus: cuius prope ripa tempore uerno
Si sedeas: dulci capiaris pectora cātu
Cygnorum. pascunt quos herbæ flumine circum:
Nam florent asiæ per campos plurima prata:
Sed magis ad fluuium mæandri gurgite miti:
Quem iuxta uoluens se: murmurat unda caystri:
Post hos sunt licii: quos xanthus diuidit amnis:
Ad mare uergentes qui tauri cornua cernūt:
Vsq; ad pamphilios perhibent quem nomine cragū
Illic aspicies aspendum: mœnia cuius
Eurimedon amnis radit uicina profundo.
Continuoq; iacent aliæ pamphylidis urbes:
Corycus pariterq; calens. & celsa phaselis.
Hos supra mediis habitant telluris in aruis:
Ad partes ortus gens dura lycaonis arui.
Post hos pisidum pinguissima rura coluntur
Termesus lyrbe necnon clarissima selge
Gentis amiclææ pulcherrima mœnia quondam
Hinc sinus est longus cilicum: qui uergit ad ortus
Euxini penetrans uicinas æquoris oras.
Hunc asiæ perhibent angustis partibus esse.
Cui tamen immēso fluuii se gurgite miscent
Per longam pyramus spacium pynarusq; uoluti
Flexilis & cydnus dirimit quæ flumine tarson:
Hinc asiæ cilicum sunt celsis mœnibus urbes
Lyrnessus malosq; simul uicina profundo
Atq; soli medio terrarum fine locati
Commagena dehinc regio: syriæq; sequitur
Vrbes dispositæ per longi littora flexus
Nam casii montis: quia prominet ora per æquor.
Vergit in occasus diffusis tractibus unda.
Nunc aliquas asiæ partes tibi carmine pādam
Quadrati lateris qua clauditur undiq; forma
Et spatiis campos longis protendit in ortum.
Scis etenim memorasse tibi: q; collibus altis
Per totam mediis mons ingēs tenditur actu:
Quod fines asiæ nigros producit ad indos
Hoc esto laterum boreum tibi: missus ad oras
Hesperies finit: sed tethys solis ab ortu
Indica cōcludit: rubrum mare terminat austrum
Aspice nunc igitur dum finem uersibus ortus
Peruenio retegēs tibi ueris omnia rebus
Incipiens scyriæ terris: qua parte reliqui
Quæ pelagus supra sub solem uergit ad austros:
Vrbibus & multis habitatur: nomine prisco.
Quæ caua uulgatur. media quia collibus altis
Ast humilem libanus claudit protētus in ortum.
Occasumq; petens casius: multisq; uirorum
Incolitur populis locupletibus arma diremptis.
Namq; alii mediis habitant telluris in aruis:
Hosq; scyros proprie perhibent: sed littora iuxta
Phœnices uiuūt ueteri cognomine dicti:
Quos misit quondā mare rubrū laudibus auctos
Chaldæo nimium decoratam sanguine gentem:
Archanisq; dei celebratam legibus unam:
Quod pelagus primi tentantes nauibus altis
Disiunctas gentes docuerunt iungere mercem
Et primi stellis numeros nomēq; dedere:
Atq; oculis mirum uoces sentire figuris.
Hi muros iopes: gazam quoq; elaidi complent
Antiquamq; tyrum: beryti & mœnia gratæ:
Vicinamq; mari byblum sydonaq; pulchram:
Quam iuxta liquido bostrenus gurgite currit:
Et pinguem tripolim: necnon arthosida sacram
Laodicem pariter. positam ꝓpe litus amœnum
Et posidi terres: & daphnes optima tempe
Terrarum mediis apameæ mœnia claræ:
Ad cuius partes eoas orantes

Antiochi medius dirimit qui gurgite regna.
Hæc omnis pinguis tellus est ubere læta:
Arboribus pariter. pecoriq; & commoda uitæ:
Ad cuius fines ueniens: quos terminat auster:
Arabii cernes extremi littora ponti
Qui syriam medius disterminat arabiamq;
Et tangit uergens orientem uersus elanos.
Diues arabs post quos latissima possidet arua
Quæ protenta diu cinguntur ab æquore perso
Arabiq; ferit zephirus quod flamine sæuo.
Persica nam flatus æoli littora turbant
Ora: sed hæc austro tendit subiecta per ortus
Fluctibus oceani pulsatur & undiq; rubri.
Hanc quoq; describam tenui ratione recensens:
Pascere nam populos fœlices diuite terra
Floribus & uariis miracula præbet odoris.
Nanq; thyro smyrnaq; uiget cum thuris odore
Et casia. necnon & cannæ dulcis odore
Cinnama præterea iocundæ naribus auræ
Fertilis hæc generat tellus auriq; metalla
Vestibus auratis quare gens utitur illa.
His puros setuans molochites splendet arenis
Andromadasq; lapis compescens pectoris iras.
Sed libani montis sunt post decliuia primi
Fœlices opibus nabatæi nomine dicti.
Chablasii post hos atq; ageres. inde propinquant
Chatramis atq; sacæ. contra sunt persidis æquor
Minæiq; maris prope rubri littora uiuunt
Atq; sabæ post hos: nec non habitant eletabeni
Arabiæ populi celebres hi nomine claro:
Sunt tamen & plures: hi nam maxima tellus:
Trans istam zephyri sub partes degit erembum
Speluncis genus infœlix & rebus egenis
Qui solis radiis nigrescunt corpus adusti
Dispersiq; dolent lustrantes more ferarum
Non arabis similes opulentis: scilicet æqua
Omnibus esse potest nunq̃ fortuna bonorum.
Post libani montis populis sunt solis ad ortus
Alterius syriæ: quæ tendit adusq; sinopem
Cappadoces medii: habitant in finibus huius:
Terminus assyrios. sed claudit ponticus ille
Termodon pelagi qua pulsat gurgite fluctus:
Cuius ab eoo decurrit limite uastis
Viribus euphrates descendens montibus aspris
Armeniæ longusq; noton pertendit & inde
Ad solem flexus babylonis diuidit urbem:
Littora deinde ruens pertrumpit persidis undæ
Extrema fluuii sub parte teriedona radens
Huius ad auroram ripis deuoluitur altis
Tigris: aqua superant quem flumina nulla rapaci.
Sed tantum superat: quantum uix septimus ortus
Conficiat pedibus spacii properantibus ire
Atq; lacu medius thonites intrat & exit
Nec uiolamr aqua: quamuis penetrabilis illa
Odor atq; undis emergens cedit amaris
Hoc tamen omne solum fluuius quod cingit uterq;
Indigenæ populi pro re dixere medamnem:
Quod medias amnes has terras flumine cingunt:
Agricolis pariter pastoribus atq; feracem.
Vbere nam læto florenti semina cuncta
Herbarumq; thoris & gramina læta uirescunt:
Vt uariis rami complentur fructibus alti:
Gens quoq; præfulget claris in laudibus illa:
Nam peperit multos celsa uirtute potentes
Atq; adeo similes: licet hoc mortalibus esse:
Armenii iuxta quam sunt aquilonis ad axes,
Cominus & fortes: quos sentit mars. matieni
Quos prope concludunt euphratem collibus altis
Montes diuitiis pariter belloq; potentes:
Ad partes austri babylon quam mœnibus olim
Mirandis posuit firmisq; semiramis urbem
Cuius in arte domum splendentem fecerat aurum
Quam simul argentum uariie decorauit eburq;
Hoc quoq; pingue solum palmarum diuite silua:
Quod fert berylli munus preciosius auro
Berylli lapidem liquidum glauciq; coloris:
Per loca quæ tendunt asianæ ad mœnia petræ.
At supra babylona uides & flumina uasta
Cissos messabiasq; chalonitasq; feroces.
Armenios montes si liquens ibis ad ortus
Medica noscetur tibi tellus cuius ad axes
Gati sunt mardiq; uiri simul atrapateni
Ad noton inde habitant medorum rura tenentes
Medæa hinc fugiens dederat cognomina terræ.
Hinc medi uarios usus nouere ueneni.
Quorum per multas spacium diffunditur oras:
Hæc generat nateissiten oriente sub ipso
Qui lapis est fuscus: complent hanc undiq; siluæ:
Inter quas homines pecuaria ditia pascunt.
Daspiadas tangunt portas: qui solis ab ortu
Rupibus hæc celsis asiæ sunt claustra potentis.
Qua uia sub boream duplex: se scindit & austrum
Hæc regio persas hircanos ducit at illa
Sub colles imos habitant: post caspia claustra
Martia gens parthi telis arcuq; potentes:
Viuere qui spoliis gaudent: raptuq; nefando:
Quæ propter bellis homines uexantur in orbe:
Atq; optata perit multo pax sanguine mũdi.
Post hos est persis circundata montibus altis
Assiduis florens regnis & diuite censu
Ex quo perdomuit sydorum mœnia sardis
Cingitur excelsis hæc undiq; collibus omnis
Ad uergens austros post caspia claustra petensq;
Quod proprio pelagus celebrat cognomine lati
Atq; tripartitis habitatur finibus illa.
Nanq; colunt alii. rigidæ sub partibus arcti
Terras quas medi nemorosis mõtibus umbrant
Ast alii mediæ uiuunt regionis in aruis
Littora postremi tangunt australia persæ
Prima parte sabæ: mediisq; pasargada: post hunc
Tascorum telis habitant gens fortis & arcu.
Quinq; tenent populi diuisos persidis agros
Amnibus hæc multis recreatur & ubere pingui.
Hinc choros imensus profunditur. inde choaspes
Fonte cadens indo: qui stringit gurgite fusa:
In cuius ripis præclarus fulget achates
Pondere consimilis uoluit quos unda cylindris
Fertilis hæc tellus fœcundis pascitur aruis.
Nam ueris semper florescunt rura fecundis.
Hæc eadem gemmis nimium decoratur honestis:
Quarum quis uarias uires: quis nomina dicat?
Te colytum memorem iusto cognomine dictum
Qui lapides rhenum tritus potusq; resoluit:
Miritenenq; bonum nardi cum reddat odorem:
Hic est actites sonitum cui spiritus addit
Archanum crepitans prægnantibus utilis esset.

Necnon pyrites digito qui strictus adurit
Gemmaq; quæ radios emittit candida soli
Atq; silenites lunaris imagine lucis.
Quod decus & minuit proprii splendoris & auget.
Respice nunc reliquas asiæ sub finibus oras.
Persidis ad pontum carmani solis ab ortu
Littora pars habitant: mediæ pars limina terræ
Gedrosi post hos tendunt orientis ad ignem
Oceanum iuxta radiis proprioribus usq;
Et scythiæ tellus australis flumen ad indum.
Qui ponto rapidus rubro contrarius exit.
Gurgite nam celeri rectus decurrit ad austrum:
Caucasis oriens primum de montibus altis:
Diuidua cuius patalanæ cingitur unda
Separat innumeras & uasto gurgite gentes:
Ad partes rapidi qua uergunt lumina solis
Oritas aribasq; simul liniq; arachotas
Vrentes lenis: & satraidas simul omnes
Pampanii montis sub celsa rupe atienos.
Nomine communi: qui terras ubere nullo
Florentes habitant: squallent nam sentibus asperis
Coralii lapidem: qui rubrum littore carpunt.
Saphiriiq; decus nigri: flauliq; coloris
Saxorum cædunt uenis ac merce beati
In quorum terras hinc tethios æquora claudunt
Quas primo titan ascendens lumine cernit
Vnde color populis niger est flagrantibus ortus
Atq; gerunt similis hyacintho fronte capillos.
Effodiunt alii terras: auriq; metallum.
Ast alii texunt tenuissima tegmina lini:
Vel dentes stringunt elephantis ab ore reuulsos.
Scrutantur ripis alii torrentibus imbri:
Berylli gemmas glauci: nitidumq; adamanta:
Atq; aura uiridi legitur: quæ splendet yaspis:
Coraliiq; decus liquidi: gratiæq; topazi
Purpureoq; amethysos inest suffusa colore.
Diuitias magnas sic tellus illa ministrat:
Assiduis rigant hanc totam fontibus amnes
Arboribus quæ uiget uariis milioq; sequentis
Et precio rubræ perfloret arundinis illa
Hinc alii superant procero corpore tantum
Insistant equitum faciles ut more elephantis
Ast alii uiuunt sapienti pectore nudi
Luminibusq; uident rectis mirabile solem
Et radios oculis & sacra mente retractant
Signaq; concipiunt archana luce futuri.
Psitacus hic uiridi decoratus torque rubenti
Nascitur: humanæ simulat qui uerbera linguæ.
Nunc age te fluuios montes formamq; docebo:
Ipsius terræ populos gentesq; beatas
Marginibus terris tellus hæc clauditur omnis
Obligatq; latus per cunctas linea partes.
Hesperios fines immanis terminat indus:
Ad notios pelagus concludit gurgite rubrum:
Sed gentes ortus & caucasus excipit arctum.
Hanc homines habitant multi diuesq; colendam
Nominibus uariis discreti & finibus amplis:
Dardanii ripas contingunt fluminis indi
Hic ubi precipitem scopulis fundunt acesinem
Hincq; capax classis uenientem uoluit hydaspes
Tertius hos sequitur splendenti gurgite cophes:
Tozilus inter quos habitat cum gente fabarum.
Hinc scodri post hos sunt: paucaneiq; feroces.
Gangaridæq; truces: auri qua pondus onustum
Deuoluens. hispanisq; trahit: rapidusq; megarus
Quos capit e modo missos gangetica monte
Tellus porrigitur quæ ad terræ colidis austros
Oceani tangens pelagus sub collibus altis
Quos uolucbres metuunt celeri contingere pēna
Vnde locis graii posuerunt nomen aornin
Hic uia quæ celebrant nomē dionysia bacchi
Cui statuas dederat uictoria finibus illis:
Hic tylos est superans uastæ miracula terræ
Insula nanq; uiret cunctis in partibus anni
Nec foliis nudat ramos autumnus in illa.
Assidueq; tenet flores genus arboris omne.
Hic adamas fulget lymphantia pectora sanans
Et prohibens miseris occulti damna ueneni:
Quem minime ualeat ferrum superare nec ignis:
Frangitur hircino maceratus sanguine tantum.
Sed tepido fractus multis incudibus ante
Ad motum retrahit defendens robore miro.
Hic ignis lucem simulat splendore lucernæ.
Hinc meruit nomen præclato nomine dignum.
Tot sunt per terras uulgatæ nomine gentes:
Nam reliquas quæ mens ualeat mortalis in orbem
Dispersas numerare tibi sine numine magno.
Quod bene disposuit terras: pontumq; profundum
Syderibus uariis decorans cælestia templa:
Et multis recreans uariisq; coloribus arua.
Munera per populos tribuens diuersa uirorum
Sed uos terrarum tractus gaudere per æuum.
Et quæcūq; mari circundatur insula uasto.
Oceanusq; simul. necnon penetrabilis undæ
Quam gremio tellus sinuoso suscipit alma:
Et fluuii. montesq; lacus: quos continet orbis:
Nam pelagi patres percurri carmine uastas:
Et terræ pariter regiones finibus amplis.
Omnipotēs pro quo genitor mihi præmia donet.

¶ Impressum Venetiis per Philippum Pincium Mantuanum. M. ccccc. die. xix. martii. Augustino Barbadico Serenissimo Venetiarum Duce.

A
Habes candide
Cum omnis
missa:uel uiciose
res tota in diuersis
B
periti homines
syllaba:ergo non
cæle.pro cælestem
adducit:cum
C
ponerent.f.loco
pro inquiro.
plurali quod
Syllaba. Tractauit
D
Informant societatem
per appositionem
nomini:ex quibusdā
cōmune multis
E
Nam primitiuum
Vnde Virg.
officium.Quādo
Alia regula in
F
accipere minus:
quoq; & maxime
fœminino cola
melia colūna
G
& arpinati.Et est
pegma & pueros
dus non uitetur
De Genere
H
ctiua fuerint
men est quod
nominum.Etsi
proprietates.
I
dictaut prandeo:
est Traiano
ex quo potest
ius alter profluit.
K
in neutris quæ
πολης πυλου
sed Hoc non est
finentia secundæ
L
protulit.Et
templum templi:
mam acueretur
abscessu iuuenis
M
datam ex ærario
crassis capta
Se simul &
hos fontes uel
N
actiuum gtō
De neutralibus
deo:confectari
ua coniunctio
O
aduersat:quamuis
ctiui siue passiui
legere ipsum
Vnde quia.
P
Tractauit prius
ege:& sic oportuit
ladverbio optandi
ingredit ostendere
Q
Ex aliis quoq;
dinoscuntur inmuit
& ostendit quō
cunt auctorem
R
ut fugio fugis
in præterito:&
incubo incubas
De Præterito
S
melire.Quidam
etiam tam sapui
argutaris. Inuenitur
mo.Hunc hoiem
T
orator a desinor
superioribus
tertiū a comperio
dicitur pro
V
Ergo noīatiuus
prohibuit
cit. Similiter
Tempora accidūt
X
ctum est ad
Deriuatiua prono
alterius. Similiter
ctarus præmittit
Y
ter accusatiuum
Ne eidem
Itaq; si careat
Sunt igitur
Z
significare per.
cum idem
In nomine uocauit
datio exempli.
AA
tiua:itaq; in hoc
de illis.Postpositæ
minare quem
Sciendum tamen
BB
seruauere diem
q; ubi ubiq;
Aduerbium est
CC
sciendum q;
Licet tamen.
nuntur:quædam
DD
ctionē coniunctione
dictio diuiditur:
ut Virgi.ego:
eis:quæ ad
EE
cur consequentiam
De pronominibus
seu specialem:
est singulare:
FF
sthenes καὶ
rearis:rogat
Nam idem
est qui placere
GG
hector:filio
tans litium.
rebro.mente
datiui ad iunguntur
HH
anteponere uel
tra illud edictum
stupefio:&
curuus male
II
to.Et pater ergo
auaritiæ.accuso
etiam præsenti
τον διος
KK
Di.cur in fine
incipio præteriti.
dici q; post fores
ciunt per tis
LL
fetis.sent.Eodem
arcitum esse uel
quoq; hic est
genitiuum:ut
MM
Verba tertiæ
ro.& quattuor
Huius dimidium
incommodo:ab
NN
declinationis:ut
ba proferimus.
quiens pro queens:
Lata quidem boreæ

Finis